

licet femur sedentibus magis in angulum flecti oportebat, quàm stantibus aut aliud quid agen-
 ribus extendi, aut in posteriora duci. Præterea in humiliori coxendicis acetabuli sinus ue su-
 perciliorum sede, id quoq; animaduertendū est, supercilia nō cōtinuo ductu orbiculatim ferri,
 sed incidi ac intermiti, ac ueluti iter parare^d uenulæ hac in asperam & cartilagine nō obductam
 acetabuli sedem exporrectæ, articuloq; alimentum suppeditanti, à quo uiscidus humor (quem
 in hoc articulo plurimum coaceruari decet) adaptetur, cuius demum auxilio articulus prom-
 ptè mobilis euadat. Ne tamen sinus huius in supercilio incisi ratione, articulus luxationi obno-
 xius reddatur, Natura ualidum cartilagineumq; ligamentum orbiculatim supercilijs adnexuit,
 quod nullibi intermissum apparet, sinumq; adhuc magis quàm supercilia adauget, & uenulæ
 illi uiam præbet, inter os & posteriorem ipsius ligamenti sedem prorepentis, ut uena simul tu-
 tò feratur, & sinus ille luxandi promptitudinē non adiuuet, ut cunq; etiam hæc femur crebrius
 luxari cernamus. At de ligamentis uenisq; suis agemus locis. Nunc autem perpendenda ue-
 niunt cæca foraminula, passim in coxendicis ossis acetabuli superciliorum externa sede in hoc
 parata, ut ualidissimum educant * ligamentum, orbiculatim femur coxendicis ossi colligans.
 Quinetiam in hoc osse^c sedes animaduertenda est, quæ inter ilium ossis anteriorem partem,
 quæ sacro cōmittitur ossi, & posteriorem coxendicis regionem conspicitur, & ut^f neruo uiam
 præbeat exculpta, qui crus adeuntium quartus, omniumq; corporis neruorum ex pluribus
 compositus maximusq; existit. Est quoq; hîc obseruandus coxendicis ossis^s acutus processus,
 qui^h ligamentum educit, inⁱ transuersum processum quinti sacri ossis pertinens, & qui^k mu-
 sculo principium porrigit, quem aut decimo femur mouenti musculo ascribemus, aut priuatim
 undecimum femur mouentium numerabimus.^l Neq; etiam prætereundus uenit sinus coxen-
 dicis ossis posteriori internæq; regioni sub dicto nuper processu exculptus, ad quem mira Na-
 turæ solertia ueluti ad trochleæ rotulam decimus femur mouentium musculus reflectitur. In su-
 per nō perfunctoriè coxendicis ossis^m appendix indagabitur, toti infimæ ipsius sedi, cui seden-
 tes innitimur, adnata. Appendix hæc ossis, cui coalescit, amplitudinem seruat: quòd cum ro-
 boris gratia, tum musculorum exortus causa insignitè crassum, & ut cunq; amplum uisitur.
 Ab hac enim appendice, ut minimum, quatuor grandes exoriuntur musculi, quorum singula
 capitaⁿ priuatim in appendice impressionem sedemq; sibi uendicant, in emundato osse satis con-
 spiciam.^o Ac primus quidem musculus tibiam mouentium tertius erit, qui ab elatiore eius ap-
 pendicis sede principium ducit.^p Secundus tibiam mouentium quartus habebitur, atq; huius
 principium minus quàm primi musculi latum est, ac magis uersus anteriora, iuxta extimum
 primi musculi latus pronascitur.^q Tertius autem musculus, mihi tibie motorum quintus ha-
 bebatur.^r Quartus uerò, maxima portio est eius musculi, quem Galenus quintum tibiam mo-
 uentium recenset, mihi autem femur mouentium quintus constituetur: qui maximam præsen-
 tis appendicis sedem suo principio occupans, totius corporis musculorum facile maximus est.
 Sic itaque media eius, quòd describimus, ossis pars se habet, quam coxendicis os nuncupa-
 mus. Anterior uerò, quæ Pubis os dicitur, tenuis ut cunq; cernitur, & dextrum os sinistro
 cartilaginis interuentu quasi unionis modo cōmittitur. quo enim homo ætate fit prouectior,
 eo semper connexus iste minus cartilagine oppletur, minus ue cartilaginis ostendit. Atque id
 uiris pariter ac mulieribus commune est. Neutiquam enim ob uulgi sententiam arbitrandum
 est, pubis ossa uiris esse cōtinua, mulieribus autem in hoc cartilaginis interuentu compacta, ut
 partus tempore remitti atque inuicem disiungi queant. Parturientibus nanq; mulieribus (uti
 neque quadrupedibus) hæc ossa inuicem haud disiunguntur: uerum id mulieres in hoc ossium
 coalitu peculiare sibi uendicant, quòd ipsis non tam longa linea, atque in uiris, committuntur.
 Deinde coxendicis ossium infimæ partes, dextram dico & sinistram, in mulieribus mutuo lon-
 gè magis distant, quàm uiris. Præterea infimæ pubis ossium partes inuicem sub ipsorum con-
 nexu diremptæ, multo etiam magis mulieribus quàm uiris seiunguntur ac distant. Adeò ut in
 mulierum ossibus uacua sedes inter coccyx os & internas regiones infimarum partium coxen-
 dicis ossium, multo amplior quàm in uiris occurrat. hæc q; differentia tam est insignis, ut uel
 ipsa abundè doceat, pubis ossa in partu non recludi, etiam si tactus inter pariendum, idem
 non leui opera attestaretur. Quantum uerò ad hanc amplam sedem magis adhuc partus tem-
 pore dilatandam^t coccyx os iuuat, licet animalia, quæ caudā habent, id liquidò parientia osten-
 dant: tamen id quoque in mulieribus obseruare integrum est, quibus id os extrorsum caudæ
 modo adeò porrigitur, ut etiam huius ossis gratia ipsis sedes in circulum incisæ apud omnes
 quas unquam uidi nationes adaptentur. Atque ideo etiam pleræq; mulieres genibus innixæ,
 & aliquantisper antrorsum inflexæ foelicius pariunt: quemadmodum contra erectæ, aut re-
 trorsum inclinatæ, difficilius. Atque ita excludendo foetui Natura sceminis prospexit. Quò au-
 tem

*Sinus quo
 crassissimus
 corporis ner-
 uus fertur.
 Coxendicis os-
 sis acutus pro-
 cessus.*

*Sinus ad quē
 decimus femur
 mouentium mu-
 sculus uolui-
 tur.*

*Appendix co-
 xendicis ossis.*

*Lib. 2. de Ad-
 ministr. dissect.*

*Pubis ossis
 historia.*

*Ossium sacro
 ossi nexorum
 in uiris & mu-
 lieribus diffe-
 rentia.*

a 2 fig. ca.
 49 lib. 2 P.
 b 1, 2 fi. i, i.
 c 1, 2 fig. b.
 d fig. cap.
 6 lib. 3 præ-
 positæ 11.

* fig. ca. 1.
 lib. 2 P. P.
 e 2, 3 fig. c.
 f 2, 3 fi. ca.
 11 li. 4 cha
 ract. 71.
 g 2, 3 fig. d.
 h 13 musc.
 tab. o.
 i 1, 2 fi. ca.
 18 R.

h 13 musc.
 tab. x. aut
 12 tabul. b.
 ubi deci-
 mus musc.
 a insigni-
 tur.

lbic specta
 13 musc. ta.
 r, s, t, u, x,
 y, z.
 m 2 fi. l po-
 steriorem,
 q autem an-
 teriore ap-
 pendicis se-
 dem notat.

n 2 fig. pri-
 ma impres-
 sio m, secū-
 da o, ter, n,
 quar. à p
 ad q.

o 10 musc.
 tab. o.
 p eiusdem
 tab. 7 & 11
 tab. 14, dein
 =.

q 11 tab. r.
 r 11 ta. cha
 ract. & ac
 12 tab. z.
 s integrariū
 fig. r

t 1, 3 fi. ca.
 18 G, H, I,
 K. & 2, 3 in-
 tegrariū N.

Cur pubis os
maximo forame
mine peruium,
& dein ipsius
sinus & tube
ra.

tem minori negotio leuiusq; uterum gerent, ilium ossa mulieribus multo ampliora sunt, ipsorumq; spina in latera longè magis quam in uiris, educitur, & etiam illa ossa extrorsum in ignius cauantur: & ut semel dicam, hæc commodam gestando foetui sedem efformant. Quòd autem nuper natis puellis partus facilioris gratia, apud nullas gentes pubis ossa aut comprimantur, aut disiungantur, neminem dissectionis studiosum latere arbitror: quantumuis id pertinaciter uulgus nunc de his, nunc illis nationibus affirmet. Quamobrem uero pubis os maximo totius corporis ossium^x foramine (quod etiam propter magnitudinem ab ostij imagine nuncupatur) peruium sit, illi demum cognoscunt, qui ad amussim inter secandum didicere, qui nam musculi à coxendicis & pubis ossibus pronascantur. illi enim arguunt pubis os amplam & aptam educendis musculis sedem necessariò oportuisse fieri. Ne uerò interim frustra animal graualet, sed ut leue esset, eo quo diximus foramine donatur. Neque est quod hæc aliquis uasa seminaria, aut maximas crurum^m uenas & arterias, aut etiamⁿ nervos deduci arbitretur: quemadmodum nemo non credit, qui etiam Anatomes rudis, nudam ossium compagem intuetur. Illa enim organa aliam nanciscuntur uiam, quippe maxima crus petens uena, arteriaq; simul cum secundo crus aduente neruo, proprium^d sinum exigunt, in superiori pubis ossis sede nfluat, è regione elatioris sedis nuper dicti^c foraminis. Porrò seminarijs uasis etiam elatius quam pubis os prominet in abdomine iter paratum esse audies. Deinde ingens illud pubis ossis foramen ualidaⁱ membrana oppletur, quæ^s musculum internæ foraminis sedi proximum ab illo dirimit, qui externam foraminis sedem occupat. Neque profectò aliquid, foramen hoc transit, præterⁱ uenam, & arteriam, neruumq; non ad genu usque ramorum serie digestum. Præterea hæc uasa non per foraminis medium feruntur: sed in elatiori foraminis sede^m sinus cælatur, illis uasis deducendis paratus. Quòd uerò superior pubis ossiumⁿ pars, qua inuicem committuntur, aspera est, ideo contigit, quòd^o rectos abdominis musculos hinc nasci Naturæ uisum fuerit. Deinde anterior quoq; ossium sedes inibi aspera est, ut neruosum caput^p secundi tibiam mouentium musculi hinc rite pronasceret. Ad hæc, in anteriori pubis sede^q à coxendicis ossis acetabuli interno latere, ad pubis ossium commissuram usque, tuber & quædam ueluti prominentia conspicitur, à quaⁱ octauus femur mouentium musculus principium ducit. Quemadmodum hæc anterior pubis ossis sedes protuberat, ita quoque posterior^a acutam ostendit lineam, à quaⁱ musculus femur mouentiū decimus sui exortusⁱ portionem assumit. His omnibus accedit pubis ossisⁿ crassities, iuxta infimam pubis ossium connexus sedem, & magni illius foraminis internum latus, ubi pubis os quodammodo teres crassumq; ob hoc uisitur, ut ipsius ossis robur adaugeatur: utq; hinc præter quosdam penis^x musculos alterum corpus^y eorum quæ penem constituunt, originem duceret. Atque in hunc modum ossa se habent, sacri ossis lateribus connexa. quæ in ætate prouectis duo tantum apparent, singula (uti relatam est) duobus donata appendicibus. In nuper natis uerò pueris utrunque os tribus constat ossibus, quæ tribus lineis cartilagine oppletis distinguuntur. Hæc lineæ à coxendicis acetabuli centro simul commissæ porriguntur, una quidem ad superiorem acetabuli sedem ducta, secunda ad externum acetabuli latus: tertia autem ad latus internum delata, etiam per pubis os procedit, ubi id quodammodo teres esse, & penis alterum corpus producere diximus. Verum quum hæc non minus in agnis hæcdisq; quam hominibus sint conspicua, cuius uel inter edendum ea obseruare est integrum.

Ossa sacri ossis
lateribus connexa
missa in puerulis
tribus efformari
ossibus.

DE FEMORE. CAPVT XXX.

CHARACTERVM QVI DVABVS PRÆSENTIS

Capitis figuris sequenti pagina proponendis adhibentur, Index.

- A^{1,2} Caput femoris acetabulum ossis coxendicis subiens.
 B¹ Sinus femoris capiti insculptus, & teretis ligamenti insertionem à coxendicis osse excipiens.
 C^{1,2} Appendicis, rotundum femoris caput efformantis, cum reliqua femoris portione coalitus.
 D^{1,2} Ceruix femoris.
 E, F^{1,2} Inferiora femoris capita. ac E quidem internum, F uerò externum notat.
 G^{1,2} Hæc lineæ coalitum indicat appendicis, duo inferiora femoris capita constituentis.
 H² Sinus, qui utrisque capitibus E & F insignitis est communis, ac quem patella subit.
 I¹ Sinus ac interuallum, duo inferiora femoris capita inuicem dirimens.
 K¹ Ab hac sede interioris capitis primus pedem mouentium musculus initium ducit.

u 1,3 fig.
C 1,2 fi
Lur. R, R.

x 1,2,3 fi.r.

y 20 fi. lib.

5 e, & i uer

sus u. aut 21

fig. 7 ad 1.

z fig. cap.

6 lib. 3 e.

a fig. ca. 12

lib. 3 4.

b 2 fig. ca.

u li 4 cha

raet 71.

c eiusdem

fi. charact.

60.

d 1,2,3 fig.

v.

e 1,2,3 fi.r.

f 2 fig. cap.

49 libr. 2

o, o.

g 16 musc.

tabul. F. G.

h 8 muscu.

tab. 7.

i fig. cap. 6

lib. 3 a.

k fig. ca. 12

lib. 3 1.

l 2 fig. cap.

u li. 4 cha

raet. 66.

m 1,2,3 fi.

n ad dex-

trū latus u

secundæ fi.

o 5 mus. 14.

Λ.

p 16 musc.

tab. Δ.

q ab h 2 fi.

gure ad u.

r 7 muscu.

tab. α.

s 3 figu. O.

t 16 musc.

tab. G.

u 1,2,3 fig.

t.

x 1,2 fi. ca.


49 li. 2, L,

K.

y eardem

fig. A, B.

- L¹ Hinc secundus & tertius pariter pedem mouentes muscoli exoriuntur.
 M¹ Huic interni capitis sedi, quinti femur mouentium muscoli tendo inseritur. Reliquorum autem characterum indicem figuris subijciemus.



PRIMA TRI

GESIMI CAPI-
 tis figura, dextri femo-
 ris os posteriori facie
 delineatum re-
 ferens.

SECUNDA

FIGVRA, FEMO-
 ris dextri anteriorem
 faciem osten-
 dens.

- N^{1,2} Sinus in externo inferiorum femoris capitum exculptus latere, ac quartum tibiam mouentium musculum uehens.
 O¹ Hac sede internum latus interioris femoris capitum compressum est, ut hac tendines primi, secundi, tertij & quinti tibiam mouentium musculorum porrigerentur.
 P¹ Hac regione idem interioris capitum latus insigniter protuberat.
 Q, R, S, V, X, Y Exterior femoris processus. uerum singuli characteres nõ in utraq; figura simul obuij aliquid priuatim, ut modo subijciã, indicant. Q quidem in prima et secunda coalitum huius processus appendicis ad reliquum os, R in prima sinu internæ præsentis processus sedi cælatu.
 T, T. S in prima figura exterioris processus prima indicatur impressio. Cæteru T, T in prima, insignitur aspera linea deorsum à prima impressione ducta: V in secunda, exterioris processus secunda impressio: X uerò, tertia impressio. At Y in ambabus figuris quarta indicatur impressio.
 a, b, 1, 2 Interior femoris processus. Verum b priuatim in secunda, hic appendicis coalitum indicat.
 c, c¹ Linea aspera, à radice interioris processus deorsum oblique gratia octauis femur mouentium musculi procedens.
 d, d¹ Linea secundum femoris longitudinem protuberans, & quinti femur mouentium musculi insertionem admittens.
 e² Hac sede femur amplum est, quum interim reliqua ferè longitudine teres sit.
 f, f² Aspera sedes, à qua octauis tibiam mouentium musculus sui exortus initium ducit.



Femoris su-
perius caput.

Duo inferiora
femoris ca-
pita, & eorum
dem sinus.

Lib. 3 de Usu
part. 2 de
Administ. dis-
sect.

Duo femoris
processus, seu
rotatores.


FEMORIS os magnitudine cunctis humanæ fabricæ ossibus præstat, in auiibus autē & omnibus ferè quadrupedibus tibiæ ossi & fibulæ (quum hæc adest) longitudine cedit. Hoc suprâ quidem coxendicis ossi, infrâ autem diuersa articuli ratione, ossi tibiæ coarctatur. Superiori enim parte, qua similiter atque inferiori^b appendice donatur, robustissimum^c caput obtinet, prolixæ quidem^d ceruici ad interiora inclinatæ adnatum, coxendicisq; ossis^e acetabulo exquisitè congruens. Vniuersum hoc caput læue & cartilagine incrustatum uisitur: at in sui medio nonnihil inferius, quàm ipsius uerticis (ut sic dicam) centrum consistit, angustum profundumq; & inæqualem cōmonstrat^f sinum, cui teres^g ligamentum à coxendicis ossis acetabulo enatum, ualidissimè implantatur. Inferiori autē sede femur insigniter crassum est, & in duo^h capita omnium totius corporis ossium capitum maxima dirimitur, quæ in posteriorem femoris sedem longè magis quàm in anteriorem porriguntur, quemadmodum etiam ipsorum cum tibiæ osse articulo ex usu fuerat. Hæc nanque ossi tibiæ mutuo ingressu ad eum modum articulantur, ut tibia duntaxat flekti extendiq; possit, nequaquam uerò in latus, uel tantillum quidem, duci. utcunq; etiam id Galeno uisum fuerit, qui in tibiæ motuum examine, femoris ad coxendicis os motu deludebatur. Cæterum femoris capita retrorsum ideo producantur, quod tibiæ in angulum flekti, nec extra rectam lineam extendi, aut antrorsum erigi satius erat: adeò ut motus illius ratione femoris capita in anteriori femoris sede nequaquam promineant. & quamuis hæc, in anteriori eorundem sede, k sinum ostendant utrisque capitibus communem, & impense patulum, læuiq; cartilagine incrustatum, is tamen aliquo tibiæ ossis tubere excipiendo non paratus est. at os orbiculare & breui scuto non absimile apto^l tubere sinum illum subire audies, quum secundo ab hoc Capite eius ossis sermo instituetur. In posteriori femoris sede capita hæc magno^m interuallo inuicem dirimuntur, atq; in ipsorum medio amplum profundumq; sinum utcunq; asperum, & cartilagine nequaquam obductum exigunt. Is nanque asperum inæqualeq; tibiæ ossisⁿ tuber excipit, quod in tibiæ ossis sinuum medio protuberare^o ligamentū educere scribemus, quod ualidissimè illi sinui inseritur, unà cum alio admodum robusto à posteriori tibiæ ossis sede pronato. Iuuat etiam sinus iste, deducendo totius corporis maximo^p neruo hac simul cum^q uena & arteria in tibiæ contendenti. Humiliora enim femoris capita, quum tibiæ motuum gratia adeò in posteriora ducantur, etiam id præstant, ut in illorum medio neruum illum simul cum uasis tutissimò deorsum reperere sinant. atque etiam processuum modo aliquot musculorum pedem mouentium principia porrigant. Ab elatiori nanque interni capitis^r sede primus pedem mouentium^s musculus enascitur. Ab externi autem capitis elatiori^t sede, secundus, & x tertius quoque, pedis motibus præfecti exoriuntur. Dein si^v musculus in poplite latitans ab osse aliquam sui exortus portionem sumit, hanc sanè ab externo hoc femoris capite mutuatur. quanquam præcipua ipsius origo ex^w ligamento pendere docebitur, dictum nunc femoris caput tibiæ potissimum colligans. Deinde in elatiorem capitis interni^y regionem modicè uersus eius capitis internum latus^z tendo inseritur, quinti femur mouentis musculi, cuius etiam insertionis occasione hoc femoris caput inibi compressam ostendit sedem, tendini excipiēdo aptam. Canes in hac officulum paruum, & illis^{aa} quæ sesamo comparamus simile ostendunt. Atque ita anterior & inferior posteriorq; horum capitum sedes se habent. latera uerò eorundem multis cecis foraminulis opplentur, ut ualidissima genu articulum continentia ligamenta hinc apte pronascantur. Porro externum exterioris capitis latus, priuatim^{ab} sinum exigit obliquè ipsi iuxta posteriorem eius lateris regionem insculptum, ac^{ac} quarti tibiæ mouentium musculi tendini paratum. quo minus enim tendo ille hac obliquè reflexus, à suo ductu aberreret, Natura ipsi hunc sinum præparauit. At internum latus interioris capitis, etiam si ad id plures reflectantur^{ad} tendines, tamen nullum eiusmodi sinum adipiscitur. Verum emundato iam osse iuxta posteriorem lateris sedem^{ae} compressio apparet, qua tutò tendines deferri queant, à sua sede tuberis beneficio non reclinantes, quod in medio dicti nunc lateris latè^{af} protuberat, atque secundum ipsius posteriorem sedem tendines opportunè deferri sinit. Tendines autē hæc deducti, trium primorū & quinti tibiæ mouentium musculorum censentur. Ad femoris ossis ceruicem, cui superius femoris caput adnascitur, duo conspiciuntur processus, quorum^{ag} alter externum femoris latus occupat, ac omnium corporis processuum nulli alteri ossi commissorum facile maximus est, insigni etiam donatus appendice. Alter minor est, & quod ad magnitudinem spectat priori nequaquam comparandus, multoq; inferius in interno femoris latere nonnihil uersus posteriora conspicuus, & m appendice similiter adactus. Græci ambos τροχαντηρας, quasi rotatores dicas, nuncupant: hunc anteriorem, illum uerò posteriorem appellantes. quum tamen simpliciter

a tota 1, 2
fi. & inte-
grarum A,
superius cū
w, inferius
cum o arti-
culatum.
b 1, 2 si su-
pra C, in-
fra G.
c 1, 2 fig. A.
d 1, 2 fig. D.
e 1, 2 si. ca.
29 c. 3. g.
f 1 figur. B.
g 1 fig. cap.
49 lib. 2. P.
h 1, 2 figur.
E, F.
i iunge E,
F, 11, 2 fig.
ad G, F,
7 figure
cap. 31.
k 2 figur. H.
l 2 fig. cap.
32 A, B, C,
D.
m 1 figur. I.
n 7 si. cap.
31 I.
o si. ca. 1. li.
2 X.
p 10 musc.
tab. f. den
2, 8.
q ultima fi.
lib. 3. r. u.
r 1 figur. K.
s 12 muscu.
tab. 4.
t 1 fig. L.
u 12 muscu.
tab. 4.
x 13 tab. 4.
y 14 tab. 7.
z fig. cap. 1
lib. 2. T.
aa 1 figur. M.
b 12 muscu.
tab. 2, den
2, 8.
c 2 fig. cap.
33 4, u.
d 1, 2 fig. N.
e 10 musc.
tab. 4.
f 16 muscu.
tab. tendi-
nes muscu-
lorum L, 2, 3,
R, V, V. aut
2 tabu. q. 31
B, 8, 8.
g 1 figur. O.
h 1 figur. P.
i 1, 2 figur.
Q, X.
k femora fi-
gure cap.
3 hic autem
Q.
l 1, 2 figu. d.
m 2 figu. b.


τροχαντήρα dicunt, perpetuò externum subaudiunt, quem etiam propter amplitudinē & quan-
 dam cum nate imaginem γαστήρι uocarunt. Horum processuum idem usus cum reliquis fe-
 re ossium processibus est, in hoc enim parantur, ut collis ritu musculorum insertionem probe
 admittant, alijsq; musculis eleganter principij sui sedem præbeant. Interior namque femoris
 processus, qui modicè oblongus, neque admodum inæqualis est, in hoc prominet, ut illi^m sexti
 & septimi femur mouentium musculorum tendines inserantur. Ad huius processus radicem
 in posteriori femoris sede aspera quædã ducitur^o linea, obliquè deorsum in posteriora aliquò
 usque ducta, & octauum femur mouentis^p musculi insertioni aptata. Exterior femoris processus,
 externa sui sede gibbus est: interna autem, qua femoris caput respicit, sinuatus. Hic enim aspe-
 rum inæqualemq; commonstrat^q sinum, cui^r nonus & decimus femur mouentes musculi in-
 feruntur. Externa autem sedes, quæ gibba est, in ossibus hominibus & ætate prouectis, quatuor
 impressiones sedesq; commonstrat, ^s quatuor musculorum insertionibus excipiendis para-
 tas. Ac prima quidem ampla est, & gibba in posteriori processus sede apparet, cui primus fe-
 mur mouentium musculus ampla insertionem implantatur. Ab huius compressionis radice aspe-
 ra quædam^u linea deorsum per femoris posteriora non nihil obliquè deducitur, cui primus ille
 femur mouens musculus ualidissimè etiam inseritur.^x Secunda compressio exterioris proces-
 sus in anteriori ipsius consistit latere, magis quàm prima inæqualis & aspera, & utcunque si-
 nuata, ac demum secundi femoris motuum autoris musculi seruiens insertioni.^v Tertia ad su-
 periorem processus sedem uisitur, inter primæ & secundæ elatiores consistens sedes. Hæc gib-
 ba est, & insertionem tertij femur mouentis musculi excipit.^z Quarta in apice processus se offert,
 reliquis tribus longè arctior, & quarti femur mouentis musculi tendinem admittens. Atque
 horum sanè musculorum insertionem exterior processus excipit, ab ipsius uero radice in ante-
 riori externaq; ipsius sede² musculo principium præbet, qui tibiæ motorum septimus recen-
 sebitur.^b Quòd uerò ad reliquam femoris formam spectat, uniuersum femur anteriori ipsius se-
 de, & in lateribus teres & utcunque læue est, undique ab^c octauo tibiæ mouentium musculo
 circumdatum, cuius gratia anterior femoris sedes iuxta ipsius ceruicis radicem non nihil ampla
 est, &^d aspera, quo ualidiùs & ampliori principio musculus ille enascetur. In posteriori au-
 tem sede femur in acutum quodammodo fertur, &^e lineam insigniter protuberantem & aspe-
 ram inæqualemq; ostendit, quæ à femoris processuum radice aliquò usque ultra medium lon-
 gitudinis femoris prorepat. Huic lineæ^f quintus femur mouens musculus pertinaciter inseri-
 tur, ^g ipsaq; duntaxat ex reliqua femoris amplitudine, ab octauo tibiæ mouenti musculo, non
 circumdatur. Porrò ad inferiorem huius lineæ^h sedem, ac iuxta inferiorum femoris capitum
 radicem, femur amplum depressumq; nō autem teres cernitur, quo tutius hæc maxima tibiæ
 petens uena cum arteria & neruo feratur. neque si femur hîc gibbum esset, à femore errabun-
 da declinet. Quamuis & femur hîc ad suorum inferiorum capitum productionem latefcere
 crassefcereq; etiam debeat.ⁱ Cæterum femoris ductus non recto tramite à coxendicis ossis ace-
 tabulo deorsum tenditur. Verum femoris ceruix à capite ipsius ualde extrorsum obliquè, &
 quasi transuersim fertur, & hinc femur rursus reliquo ipsius corpore obliquè uersus interiora
 ad genu descendens procedit. Quam sanè figuram non obiter Natura excogitauit. est enim
 laudatissima, quamq; Hippocrates in libro de Fracturis in effracto femore sedulo seruandam
 præcipit. Quandoquidem omnes quibus à prima conformatione femur rectius, quàm ho-
 mini ex usu est, contigit, uari & claudij in genu redduntur. Hoc autem quàm non modò ad
 cursum, sed ad ambulationem, firmamq; stationem noxiū sit, quotidie uidentes discimus. Atqui
 si utriusque femoris ceruix non statim à coxendicis articulo, uti diximus, foràs porrigeretur,
 quæ nam sedes internis femur amplexantibus musculis reliqua esset? quæ rursus neruis, ue-
 nis, ac arterijs in uniuersum crus distributis? quæ item glandulis horum uasorum propaga-
 tioni præfectis? Non enim per externas cruris regiones hæc descendere decebat, quum ita
 omnibus foris occurrentibus leui quaque occasione lædenda, exponerentur. Si igitur uenis,
 arterijs, glandulis, musculis pluris iisdemq; maximis hanc regionem inibi parare oportuit,
 necessum quoque fuit, ex acetabulo femur foras extrorsum ue abscedere. Porrò si quibusdam
 capitis femoris ceruix minus foràs educitur, his statim inguinum sedes angustæ & inuicem
 compressæ redduntur, præterea his femur simul cum genu turpiter extrorsum abducitur. Me-
 ritò itaque uniuersa femoris forma curua gibbaq; exteriori regione existit, interiori uerò sub ca-
 ua. Pariter quoq; & magis adhuc femoris posterior pars sima cauaq; uisitur, anterior autē gib-
 ba, quòd ad sessiones is femoris ductus admodum sit idoneus: uti etiam ad multa quæ sedentes
 obimus munia, quando scilicet unum femur alteri iniijcimus. Ut modò taceam, quàm elegtæ
 femur musculis cedit, posteriorem ipsius sedem occupantibus.

*Femoris secun-
 dum ipsius lon-
 gitudinem for-
 ma.*

PRIMA. CAP. SECUNDA. TERTIA. QVARTA.
XXXI FIGVRA.



QVINTA. SEXTA. SEPTIMA. OCTAVA.



NONA. DECIMA. VNDECIMA.



TRI

TRIGESIMIPRIMI CAPITIS FIGURARUM & earundem characterum Index.

VNDECIM præpositæ modo figuræ ad dextram spectant tibiam, ac primâ utrumque in tibia locatum os anteriori facie exprimit, crassius nimirum interiusq; quod tibiæ os uocabimus: & gracilius, quod exterius positum fibula nobis potius quam sura nuncupabitur. Secunda figura tibiæ os simul cum fibula posteriori facie appositissimè delineatur. Tertia solius tibiæ ossis anteriorem sedem commonstrat. Quarta tibiæ ossis posterior facies oculis subiicitur. Quinta fibulam anteriori facie exprimit. Sexta fibulam posteriori sede delineatam exhibet. Septima tibiæ ossis superiorem ostendit sedem, cui femur articulatur. Octaua duas continet cartilagine, quæ sinus adaugent, quibus femoris capita excipiuntur. Nona inam tibiæ ossis & fibulæ sedem anteriori parte proponit, ut cavititas in conspectum ueniret, tali cum tibia articulationi parata. Decima solam tibiæ ossis infimam sedem posteriori ex parte delineatam offert, qua talus excipitur. Undecima internum latus inferioris fibulæ appendicis commonstrat, quod talo articulatur. Characterum autem index erit huiusmodi.

- A, B* His duobus characteribus in prima figura, superior tibiæ ossis appendix notatur. In tertia uerò & secunda, indicatur linea coalitum commonstrans appendicis cum reliqua ossis portione.
- C* Appendix superior fibulæ in prima figura indicatur, in quinta autem coalitus appendicis cum reliquo osse insignitur.
- D* In prima appendix tibiæ inferior, in tertia appendicis coalitus indicatur.
- E* In prima appendix fibulæ inferior, in quinta coalitus appendicis ad os notatur. & quamuis eius modi appendices coalitusq; non in omnibus figuris notauerim, nulli tamen non obuias esse appendices arbitror.
- F, G, 2, 4, 7* Sinus tibiæ ossis, quibus inferiora femoris capita articulantur.
- H, I, K 7* Tibiæ ossis tuber, sinus, quibus femoris capita excipiuntur, dirimens. ac *H* quidem ipsius anterior sedes indicatur. *I* uerò media & impensius prominens. *K* autem posterior. Atq; hi characteres in eius tuberis sedibus, quæ sinuantur, obuij sunt. & horum *K* & *I* in secunda figura, tertia & quarta idem quod in septima, indicant.
- L 8* Cartilago dextrum tibiæ ossis sinum adaugens, quo externum femoris caput excipitur.
- M 8* Cartilago sinistrum, seu dextræ tibiæ ossis internum sinum augens, cui internum femoris caput articulatur.
- N 8* Hac sede cartilagine, tibiæ ossis sinus augentes, uidentur crassissimæ.
- O 8* Hac sede nuper dictæ cartilagine sunt tenuissimæ, ac ante sinuum centrum deficiunt.
- P, P 8* His sedibus illæ cartilagine in apices terminantur.
- Q 5* Fibulæ sinus leuiter ac in superficie cælatus, cui tibiæ ossis tuberculum iam *R* indicandum, coarticulatur.
- R 4* Tuberculum, seu caput tibiæ ossis, quod fibulæ coarctatur.
- S 4, 10* Sinus tibiæ ossis, quo inferiorem fibulæ sedem excipit.
- T 5, 6, 11* Internum fibulæ latus, quod tibiæ ossi committitur. Cæterum *V* in secunda figura superior *V, X.* rem connexum fibulæ ad tibiam indicat: *X* uerò inferiorem. *Y* autem interuallum notat, quo *Y.* hæc ossa inuicem debiscunt.
- Z 1, 2* Hac sede fibula nõ rectâ ducitur, sed introrsum nõnihil obliquatur, exterioriq; latere sima fit.
- a, b 1, 3, 7* Anterior tibiæ ossis sedes, in quam muscoli tibiam extendentes inseruntur.
- c 5, 6* Superioris fibulæ appendicis processus, cui tendo quarti tibiam mouentis musculi inseritur.
- d, e, f, g, h 9* Sedes, cui superior tali pars, lateraq; articulantur. ac *d* quidem & *e,* & *f* superiorem huius sedis regionem in nona & decima figuris commonstrant. Deinde rursus *d* notat eius regionis tuber. *e* uerò & *f* partem huius regionis utrinq; ad tuberis *d* notati latus altiùs quam ipsum tuber insinuatam. Porro *g* sedis huius internum latus indicat, quod ab externo latere constituitur processus inferioris appendicis tibiæ ossis, quem *Q* in prima figura indicat. Cæterum *h* in nona & undecima externum huius sedis, quæ talo aptatur, latus ostendit, ab interno constitutum latere appendicis inferioris fibulæ in prima figura *E* notatæ.
- Q, i* *Q* in prima figura processus indicatur inferioris appendicis tibiæ ossis, qui exterior est malleo-

- lus. Cæterum i in secunda, tertia, nona, & decima eundem appendicis processum notat.
- k 4, 10 Sinus interioris malleoli, ex quo cartilagineum ligamentum talo inseritur.
- l 1, 3, 9 Sinus asper, & inæqualis in anteriori sede inferioris appendicis tibiæ ossis conspicuus, à quo ligamentum cartilagineum ad tali ceruicem pronascitur.
- m 2, 4, 10 Hac sede sinus spectantur, qui tres tendines ad pedis inferiora protensos deducunt.
- n 2, 5, 6, 9 Equidem in prima figura externum notat malleolum. is namq; aliud nihil est, quam inferior fibulæ appendix. Verum n in plerisq; figuris hunc malleolum exprimit.
- o, p 1, 5 Umbrata hæc fibulæ sedes ab o ad p usq; pertinens, ea fibulæ pars est, quæ nuda nullisq; musculis tecta ante sectionem se offert.
- q, q 2, 6 Hac septimi & octavi musculorum pedem mouentium tendines reflectuntur, quorum occasione fibula hic sinuata est.
- r 2, 6, 11 Sinus inferioris fibulæ appendicis, à quo ligamentum in talum fertur.
- s, s 1, 5 Prima fibulæ linea, seu primus eiusdem angulus.
- t, t 1, 2, 5, 6 Secunda fibulæ linea. u, u 1, 2, 5, 6 Tertia fibulæ linea.
- x, x 1, 5 Primum fibulæ latus. Verum x & x priuatim huius lateris lineam indicant, inibi gratia musculi pollicem extendentis modicè prominentem.
- α, α 1, 5 Secundum fibulæ latus. β, β 2, 6 Tertium fibulæ latus.
- γ, γ 1, 3 Prima tibiæ ossis linea. δ, δ 1, 2, 3, 4 Secunda tibiæ ossis linea.
- ε, ε 1, 2, 3, 4 Tertia tibiæ ossis linea. ζ 1, 3 Primum tibiæ ossis latus.
- η 1, 3 Secundum tibiæ ossis latus. θ 2, 4 Tertium tibiæ ossis latus.
- κ 2, 4 Aspera tertij tibiæ ossis lateris linea, cui musculus in poplite latitans inseritur.

Tibia.

Fibula.

Tibiæ os.



Tibiæ ossis
& fibulæ ap-
pendices.

Sedes cui fe-
mur ad tibiæ
articulatur.

Cartilagine
quibus tibiæ of-
fis sinus augē-
tur.

Lib. 3 de V su
part. & in cō-
mentarijs in
Hippo. librū
de Fracturis.

N TIBIA similiter atque in cubito, bina reponuntur ossa, quæ Hippocrates perpetuò tibiæ ossa appellat. ac horū alterū interius est & crassius, quod totius membri nomine *l'v'v'm*, & tibia nuncupatur: alterum uerò exterius locatur, & interiori crassitie admodum cedit, Græcis quidem *ω-ρ'ovv*, Latinis autem sura & fibula uocatum. Ego euidentioris doctrinæ studio crassius os, tibiæ os appellabo, id à tibia, hoc est toto membro distinguens, quod his ossibus, musculis, uenis, arterijs, neruis, & cute hæc omnia ambienti formatur. Gracilius autem os fibula opportunè dicetur, ut id à sura, quam Græci, quia ueluti tibiæ uenter est, *γαστρονομία* nuncupant, distinguatur. Tibiæ itaq; ossi & fibulæ supra infraq; appendix coalescit, ac superior quidē tibiæ ossis appendix admodū crassa lataq; est, anteriori tamen sede crassior, ac in anteriori tibiæ regione magis quam in posteriori deorsum duci cernitur. Huic duo oblongi insculpuntur sinus, inuicem aspero inæqualiq; tubere distincti, & lubrica cartilagine incrustati. His sinibus inferiora femoris capita excipiuntur. tuber autem sinus distinguens, grandem sinum subit, femoris capita posteriori in sede dirimentem. Dein tuber ex superiori mediaq; ipsius sede, quæ aspera & sinuata, neque ulla cartilagine inuncta uisitur, ualidissimum emittit ligamentum, nuper dicto femoris capitum interuallo sinui ue insertum. Adeò sanè, ut media huius tuberis sedes in hoc aspera sinuataq; sit, quò scelicus ligamenta in femur porrigat, hæc è maximè protuberante sua sede, ac deinde ex posteriori ipsius regione educens. Ab anteriori nanq; tuberis regione, quæ minimum prominat, etiam si illa similiter aspera sit, ac latè sinuata, nullum tamen ligamentum femori inseritur, sed ligamenta inibi producuntur, quæ cartilagine anteriori huius tuberis sedi colligant, quas tibiæ ossis sinus iam augere dicam. Quum enim duo tibiæ ossis sinus femoris capita admittentes, quodammodo superficietenus duntaxat insculpantur, neque ad amussim femoris capitum gibbis (etiam si Galeno secus uisum fuerit) suis cauis respondeant, Natura mirabili artificio sinuum profunditatem adauxit. quippe præter lubricas cartilagine tibiæ ossis sinibus & femoris capitibus crustæ modo obductas, utrique sinui unam adhibuit cartilagine, neque femori, neque tibiæ ossi aliter quam ligamentorum beneficio connexam. Hæc nanque orbiculatim ligamenti genu articulum amplexantibus solum connascitur, & præterea ligamenti interuentu anteriori posterioriq; sedi tuberis connectitur, quod tibiæ ossis sinus femoris capita excipientes dirimere dictum est. Istæ cartilagine exactè simplici cartilagine molliores sunt, & quasi ligamenti naturæ participes. Dein quæ ossibus applicantur, impense æquales, lubricæ, læues, ac deniq; unctuosò humore oblitæ spectantur. Ad hæc, in articuli ambitu crassæ sunt, multo ante

a tota, &
2 figur.
integrarum
& et ad a
& o.
b tota 3, 4
figuræ.
c tota 5, 6
figuræ.
d tibiæ of-
fis appen-
dices pri-
mum A, B
1, 3 fig. de in
D 1, 3 si fi-
bulæ autem
C 1, 5 figur.
insuper E
& 5 figura-
re.
† 1, 3 fig. B.
* 2, 4, 7 fi-
F, G.
e 7 figur. H,
I, K.
f 1, 2 fig. 30
cap. E, F.
g 1 figur. 30
cap. 1.
h 2, 3, 4, 7
fig. I.
i fig. cap. 1.
lib. 2 X.
h 2, 4, 7 fi-
gur. K.
l 7 fig. H.
m tota 8
figura, u-
bi dextra
L, sinistra
aut M insi-
gnitur.
n 8 figur. N.

sinuum

08 figur. O. sinuum centrum^o extenuatae, desinentesq;. Harum siquidem figura lunaris est, quemadmo-
 dum interioris sinus internum latus, & exterioris sinus externum. Præterea nullibi crassiores
 p 8 fi. P.P. quàm ad lateris sui medium cernuntur. P quàm enim anteriori posterioriq; tuberis tibiæ ossis
 sinus distinguunt sedibus appropinquant, tenuissimæ sunt, & in acutos apices finiunt, quo-
 rum qui anteriori eius tuberis sedi committuntur, inuicem proximi sunt, dextraq; cartilago
 sinistrae ibidem alligatur. Apices uerò posteriorem tuberis sedem accedentes, magis mutuò
 distant, neque inuicem, ut anteriores cartilaginum apices, committuntur. Ligamentum enim
 crassissimum ex tubere in femur insertum, posteriores cartilaginum apices distinguit. Quæ
 quum ita sint, leui negotio colligitur, quàm concinnè harum cartilaginum auxilio ossis tibiæ
 sinuum cauitas adaugeatur, non solum quidem in hominibus, uerum in omnibus quæ hactè
 nus uidi quadrupedibus & auibus. His nanque in genu articulo eiusmodi cartilagine repon-
 nuntur, unde etiam in mensa cuius harum naturam contueri promptissimum est, si modò exa-
 ctè genu articulum quis inspexerit: neque passim cum Aristotele, & Galeno in tertio de Par-
 tium usu, quæ quadrupedum genu illic esse existimauerit, ubi tibiæ inferior pars talo coarctatur.
 Atque hoc sanè modo tibiæ os femori articulatur, fibula autem non adeò altè conscendit, ut fe-
 mur contingat, uerum superior ipsius appendix in interno illius latere^q sinum gerit leuiter ad-
 modum insinuatū & amplum, cui minime protuberans tibiæ ossis appendicis^q tuber coarticu-
 latur, quod ad externum tibiæ ossis latus uersus posteriora cōsistens cartilagine, similiter atque
 sinus fibulæ, incrustatur. Porrò ima sede fibula tibiæ ossi diuersa articuli ratione quàm supra
 coarctatur. Externum enim tibiæ ossis latus, oblongum exigit^o sinum, cui protuberans inter-
 num fibulæ^x latus immittitur, quod asperum nō nihil est, quemadmodum & tibiæ ossis sinus
 asper quoque, & cartilagine nequiquam incrustatus cernitur. Sinus enim ille fibulam læui con-
 tactu non excipit, uerum quàm hæc ossa inuicem cōmittuntur, ualidum intercedit ligamentum,
 non quidem duntaxat in circuitu ipsa cōnectens, at etiam ubi mutuò se contingunt. Cæterum
 per reliquam tibiæ longitudinem fibula à tibiæ osse^v plurimum dehiscit, non quidem quod
 hæc radij^o modo obliquè ducatur, ac ueluti à tibiæ osse foràs obliquetur, sed quod tibiæ os su-
 prà infraq; adeò crassum sit, & in reliqua ipsius longitudine gracile, ut fibula illis tibiæ ossis se-
 dibus, quibus crassum cernitur, commissa, facile à tota tibiæ graciliori sede multum distet.
 Quamuis tanto adhuc minus fibula à tibia dehiscat, quanto minus recta conspicitur. Fibula
 enim paulo sub medio lōgitudinis tibiæ, introrsum ac uersus tibiæ os nō nihil curuatur, exter-
 noq; ipsius latere lima, seu cōcaua redditur. Cæterum tibiæ ossis fibulæq; ductus, & secundū
 ipsarum longitudinem extuberantes lineas impressionesq;, tum demum opportuniùs descri-
 bam, ubi supernas infernasq; eorundem ossium partes, quibus alijs coarctantur expressero.
 Superior itaque tibiæ ossis appendix, ad eum quem dixi modum femori ac fibulæ coarctatur.
 anterior autem eiusdem appendicis sedes utcunque depressa aspera^q cernitur, unà cum tibiæ
 ossis anteriori sede appendici proxima, & à plerisque Græcorum ἀντικνήμιον uocata, quæ in
 hoc aspera est, ut ualidissimos^o musculorum tibiam mouentium tendines exciperet, quorum
 etiam tendinum gratia, superior fibulæ appendix insigniter externo ipsius latere & superiori
 parte^d protuberat, robustissimum^o quarti tibiam mouentis musculi tendinem excepturus.
 Dein hæc fibulæ sedes caput educit^f septimi pedem mouentis musculi. Inferiores tibiæ ossis
 & fibulæ appendices, simul^o sinum sedemq; efformant, cui^h talus mutuo quasi ingressu articu-
 latur. Si enim tibiæ ossis ac fibulæ sinus tuberaq; sedulo perpenderis, tali cum tibia connexum
 ad ginglymon opportunè referes. Verum tali historiam suo loco explicabimus. nunc enim
 sinus tibiæ ossis examinandus uenit, qui in infimæ tibiæ ossis appendicis sede amplius admo-
 dum est, & quodammodoⁱ geminus. In medio enim amplo, sed modicè prominente^k tubere
 interstinguitur, liquidoq; altius ad tuberis latera excauatur. Ad internū huius sinus latus infe-
 rior tibiæ ossis appendix, ualido magnoq;^l processu deorsum fertur, qui externo ipsius^m latere,
 quo sinum respicit, cauus, & similiter ac sinus ipse læuis & cartilagine incrustatus est: interno
 autemⁿ latere alterum crus respiciente gibbus est, ac quum^o excarnis sit, nullisq; musculorum
 partibus obtectus, in nobis tactu facile percipitur, estq; interior malleolus. Processus hic in infi-
 ma ipsius sede uersus posteriora^p sinum obtinet, ex quo^q ligamentum prodit, cartilagineum ti-
 biæ os talo colligans. Atque eiusmodi etiam ligamenti producendi gratia, anterior appendicis
 inferioris tibiæ ossis^r sedes, in humillima ipsius parte, etiam sinum exigit transuersim oblon-
 gum, & asperum, & inæqualem: à quo ligamentum prodit, tibiæ ossi^s ceruicem tali nectens.
 Posterior etiam huius appendicis sedes, ubi primū internū educit malleolum, depressa est,
 sinusq; ostendit, qui transuersis obducti ligamenti musculorum tendines hæc pedem aduen-
 tes, tutò, ne suis sinibus aberrant, ferri sinunt. Sunt autem illi numero tres,^o quintus scilicet pe-
 dem

Lib. de Com-
 muni animalium
 gressu.
 Fibulæ ad ti-
 biæ os nexus.

Vbi fibula à
 tibiæ osse dehi-
 scat.

Tibiæ ossis si-
 nus et tubera,
 quibus talo ar-
 ticulatur.

Interior mal-
 leolus.

Fibulae cum talo articulatione.

Talium ante sectionem talo non occurrere.

Exterior malleoli.
Lib. de Offibus Cap. 22.

Excarnis fibulae pars.

Fibula secundum ipsius longitudinem triangula.

Tibiae ossis secundum ipsius longitudinem figura.

dem mouentium, & duo digitorum flexui famulantes. Caeterum externum inferioris appendicis tibiae ossis latus, nullum educit processum interno malleolo respondentem. Verum appendix fibulae externo tibiae ossis lateri adnexa, impense hinc crassescit, deorsumque magis quam interior malleolus fertur. ac in causa est, ut rarius in externum pedis latus, quam in internum, talus luxetur. Tanto enim fibula hinc decliuus ipso tibiae osse descendit, quanto altius tibiae os ad femur supra porrigitur: adeo ut fibula ne minimum quidem longitudine a tibiae osse uincatur. Inferior haec fibulae appendix, externum latus sinus constituit talum excipientis. Verum appendix interno ipsius latere adeo protuberat, & cartilagine incrustatur, ut eam a talo uerius suscipi, quam eundem excipere, merito quis dixerit. etiam si externum tali latus appositum tegat, atque in eum modum una cum interno malleolo talum comprehendat, ut nusquam in integris hominibus talus contingi queat. Tibiae enim ossis appendix superiorem ipsius integrit sedem, & internum quoque ipsius latus, fibula autem inferiori sua appendice externum tali latus occupat: anterior tali sedes, quae in nuda ossium compage oculis subijcitur tendinibus occultatur, per pedis superiora ad digitos deductis. ita etiam posterior ipsius sedes non minus in nudis sceletis conspicua, tendinibus obtegatur in calcem insertis, & quibusdam haec pedis inferiora subeuntibus. Ima haec fibulae pars talo commissa, externoque suo latere gibba, & nulla prorsus musculi parte obtegeta, exteriorem constituit malleolum, quem simul cum interiori malleolo a quibusdam talum perperam appellari Galenus testatur. Atqui is error ad nos usque manauit. Nam, ut caeteros taceam, Erasmus noster Roterodamus in suo de talorum lusu Dialogo, malleolos in hominibus talos simul cum Plinio uocari innuit: quod nonnullis Galeni interpretibus adeo arrisit, ut σφυρα, hoc est malleolos, subinde talos reddiderint. Externum itaque exterioris malleoli latus gibbum ex carneque est, similiter atque interioris malleoli internum latus. Posterior autem exterioris malleoli sedes amplum ostendit sinum, qui transuerso obductus ligamento, sexti & septimi pedem mouentium musculorum tendines deducit, illos quo minus a sua sede reclinent continens. Internum eiusdem malleoli latus in infima ipsius sede uersus posteriora, profundum asperumque ostendit sinum, ex quo ligamentum prodit cartilagineum, hinc fibulam talo ualidissime connectens. Caeterum ex uniuersa fibulae amplitudine, nulla ipsius pars nuda excarnis ue est, praeter infimae ipsius partis externum latus, quod etiam aliquotus supra appendicem fibulae inferiorem ex carne cernitur. quum interim reliqua ipsius amplitudo musculis obtegatur, ita fibulam amplexantibus, ut haec passim ipsis cedere, ab illisque comprimi uideatur. Si enim fibulam examinaueris, eam secundum ipsius in longitudine ductum triangulam esse conspicies, atque id potissimum iuxta ipsius longitudinis medium. In anterioris enim fibulae sedis medio, acuta & insigniter protuberans apparet linea, primum fibulae angulum constituens. In posteriori autem ipsius sede, depressa est, & plana, ac utrinque ad posterioris sui sedis latera unam commonstrat lineam, quae insigniter satis protuberans, alium fibulae angulum efformat. Adeo ut ea quae internum latus posterioris fibulae sedis occupat, secundus fibulae angulus appellari possit: quae uero externum eius sedis latus habet, tertius. Atque his tribus lineis angulis ue, tria fibulae continentur latera, ac unum quidem inter primum & secundum angulos consistit, quod una cum tibiae ossis externo latere aptam sedem praebet illis musculis, qui a tibiae anteriori sede in pedis superiora feruntur. Sunt autem illi, pedem mouentium sextus, deinde quatuor pedis digitos extendens, simul cum nono pedem mouentium, & illo qui pollicem extendit, ac priuatim in primo hoc fibulae latere lineam quandam exigit modice protuberantem, a qua illi musculo principium offertur. Secundum latus, prima linea & tertia terminatur, & amplum est, egregieque sinuatum septimo ac octauo pedem mouentibus musculis locum praebet. Quinetiam octauo musculi gratia, latus hoc utcunque asperum cernitur, ut is hinc uniuersum ipsius principium pulchre educat. Ab illis itaque musculis qui primum fibulae latus occupant, & illis qui secundo exporriguntur lateri, prima fibulae linea prius ue angulus educitur. Tertium latus secunda & tertia lineis circumscriptum, a musculis comprimitur posteriorem tibiae sedem occupantibus, & potissimum ab eo qui pollicis secundum os flectit, ac ab hoc fibulae latere carneus enascitur. Quae quum ita sint, tertia linea a musculis secundum & tertium latus occupantibus foras protruditur. Secunda autem linea ab illis producitur musculis, qui tertium & primum fibulae latus comprimunt. Verum secunda haec linea priuatim ligamentum educit, fibulam tibiae ossi tota illa sede qua haec ossa inuicem dehiscent, colligat, & in secundam tibiae ossis lineam insertum. Tibiae enim os similiter ac fibula, in suae longitudinis medio quadantenus triangulare est. ac prima ipsius linea in anteriori ossis sede consistit, insigniterque prominet. unde etiam Spina Anatomes professoribus appellatur. atque haec adeo acute porrigitur, ut nullibi potius concertantes pueros pedibus inuicem petere

x 1 fig. B.
dcin 25, 56.
9 fig. n.

79, 11 fib.
26 fig. ca.
33 H.

a Confer figuram ossium compagem exprimentes, musculi tabulis in pede.
b 1 muscul. ta. 1. 2. ab.
c 2, 6 fig. q.
d 2 muscul. tab. 2. ligamentum.
musculi autem 2. et 4.
e 2, 6, 11 figur. r.
ffi. cap. 1. li. 2. g.

g 1, 5 fig. p.
h 1, 5 fig. s.
i 1, 2, 5, 6 fig. secunda linea t. nota tur. tertia autem u. n.
k primum latus 1, 5 fig. x. secundum 1, 5 fig. ter. 2, 6 fig. a.
l 1 figur. l.
m 3 muscul. tab. r.
n 4 muscul. tab. r.
o 4 tab. a.
p 5 tab. a.
q 1, 5 fig. x. x.
r 6 muscul. tab. o.
s 6 tab. r.

t 14 tab. a.

u fig. ca. 1.
lib. 2. a.
x 1, 2 fig. a.
a.
y 13 fig. 77.


2, 3, 4
figur. A, A.
a earundē
figur. 1, 1.
b 2, 4 figur. d.

c 1, 3 figur. f.
d 1, 5 figur. x.
e 1, 3 figur. n.
f 1 muscul.
tabul. x, y, z.
tabul. 4, u.
f 2, 4 figur. g.
g 1, 4 muscul.
tabul. z.
h 1 muscul.
tabul. D, E.
i 2, 4 figur. n.
h 1, 4 muscul.
tab. r.

tere uideamus, quàm ad anteriore tibiæ sedem, ubi linea proximè cuti subiecta, hanc cultri modo scindit, quoties ipsa impetu ad tibiæ os colliditur. Secunda & tertia tibiæ ossis lineæ, posterioris sui sedis latera constituunt: ac tertia quidem internum eius sedis latus efformat, parum acutèeducta, sed obtusa admodum, & quasi teres. Secunda autè linea paulo est acutior, ac externum posterioris tibiæ ossis sedis latus efformat: estq; illa, cui ligamentum fibulam tibiæ ossi cōnectens inseri non ita multo antè relatum est. His tribus lineis, tria tibiæ ossis conficiuntur latera. ac primū quidem prima secundaq; linea terminatur, sinuatumq; est ac planum, eorundem musculorum occasione cauatur, quibus primū fibulæ latus cedere dictum est: secundū uerò tibiæ ossis latus prima tertiaq; linea terminatur, & insigniter gibbum est, nulloq; prorsus obtectum musculo, Græcis λεγία, & frequentius adhuc ἀντικνήμιον nuncupatur. Tertium tibiæ ossis latus, secunda & tertia circumscriptum lineis, non ualde depressum est, ac musculis occupatur posteriorem tibiæ sedem sibi uendicantibus: præcipuè uerò illo qui quatuor digitorum tertij ossis flexus autor habebitur, & illo quem pedis motorū quintum statuemus. Ad hæc, tertium hoc latus in superiori ipsius sede asperam ostendit lineam, obliquè exporctam, cui musculus inseritur, quem in poplite latitantem uocamus. Atque huiusmodi sanè fibulæ tibiæq; ossis lineæ & latera læui negotio arguunt, quàm suffulciendis educendisq; musculis hæc ossa conueniant. Articuli uerò ostendunt, quàm affabrè motibus quos cruribus molimur obeundis Natura hæc extruxerit, illa ad eum quem diximus modum iuxta articulorum sedem adaugens: adeò ut citra summam Creatoris nostri admirationem, hæc nemo contemplari queat, & non promptè colligat, quàm uniuersam is uitaret cōstructionem, si quicquam eorum quæ modò scripsimus, immutatum fingeret.

DE PATELLA. CAPVT XXXII.

PRIMA TRI-
GESIMISECVN-
di Capitis figura, anteri-
orem patellæ faciem
ostendens.



SECUNDA,
POSTERIOREM
patellæ sedem spectan-
dam proponens.

CHARACTERVM SECUNDAE FIGURAE, INDEX.

- A, B Dextri cruris patellæ tuber sinum inferiorum femoris capitum subiens.
- C Sinus qui interno femoris capiti adaptatur.
- D Sinus patellæ, gibbo externi femoris capitis congruens.
- E Hac parte patella inferiori sua sede tibiæ os spectat, & ueluti in processum excedit, qui similiter atque tota anterior ipsius sedes tendinibus tibiæ extendentibus innascitur, quemadmodum pulchrè ostendit octaua musculorum tabula, caractere k. qui innascitur caracteribus g, h, i. Foraminula uerò hac parte, ut in patellæ anteriori sede conspicua, etiam citra caracterum operam promptè obseruantur.

a tota 1, 2
si integra-
rum uerò fi-
gur. z.
b 2 figur.
cap. 30 H.
c 2 si. A, B.
d 2 si. C, D.



ANTERIORI genu articuli sedi os quoddam præponitur orbiculare, & breui scuto non absimile, quod posteriori sua sede, qua femur spectat, læui, lubricaq; cartilagine, magna ex parte obductum uisitur, apto tubere sinibusq; anteriori inferiorum femoris capitum sedi eleganter congruens. Secundum ipsius enim longitudinem tubere amplo & medio-criter prominenti extuberat, quod patulum femoris capitum sinum in anteriori illorum sede exculptum subit. Vtrinque ad tuberis huius latera unus habetur sinus, prominentes & cartilagine incrustatas femoris capitum sedes excipiens. Verum ut exterius femoris caput antrorsum magis, quàm interius caput porrigitur, & ampliori sede læui cartilagine obducitur, ita sanè exterior patellæ sinus ad tuberis sui externum latus consistens, longè amplior latiorq; interiori sinu occurrit. Patella igitur illa parte qua femoris os contingit, læuis & lubrica cernitur. Anteriori autem ipsius sede, & in lateribus aspera, & cæcis quibusdam foraminulis obsita spectatur: quemadmodum & in posteriori ipsius sede, ubi infima sui parte tanquam acuto quodam processu deorsum ducitur, tibiæq; ossis elatiorem sedem respicit, aspera etiam & foraminulis illis ornata est, quò aptius firmitusq; tendinibus tibiæ extendentibus innascatur. Vniuersa enim patella, tota ipsius amplitudine sedeq; ubi lubrica cartilagine nō obducitur, tendinibus illis innascitur, nec femori, neq; tibiæ aliter quàm tendinum

Patellæ situs
& forma.

e tota si-
gura.
f 3 figur. E.
g 3 muscul.
tab. h.

Qui patella
femoris ossi
connectatur.

Patellae substantia.

Patellae usus.

dinum beneficio commissa. Hoc enim priuatim patella sibi uendicat, quod alteri ossi ligamentorum ope non alligetur, sed tendinibus illis genu articulum transcendentibus innata, ad femoris os ualidissime cōstringatur. Patellae substantia in natu grandioribus impense dura & solida est, utcunque etiam Galenus eam extrinsecus cartilaginosa esse asserat: ac Marinus quoque cum alijs Anatomicorū praecepit, eam separatim cartilaginosa os uocauerit, & suum quod patellae dedicauit Caput, de Cartilaginosis ossibus inscripserit. Atque isti fortassis animum adhibere tendinū cui patella innascitur substantiae, quae elixa molliusculae cartilaginosis speciem obtinet, earum partium modo, ex quibus neruosa musculorum capita, aut ligamenta principium ducunt, aut in quae eadem inseruntur, Verū quando patella debite à tendinibus emundatur, nequaquam cartilaginea, sed perquam solida fortisque cernitur, nō quidem in solis hominibus, uerum etiam in bobus, ouibus, & caeteris quadrupedibus. quorum etiam genu articulo rerum Opifex patellam praeposuit, multo quam in hominibus longiorem & angustiore, quemadmodum in plerisque auibus latiore & breuiorem. Datur autē patella hominibus, & illis quae modò dixi animantibus, ut genu articulus, antrorsum in angulum minus fallax extēdatur, & duntaxat ad rectam lineā ab angulari flexu erigatur. Deinde patella praecipue praestat, quo minus in tibiae flexu femur ex tibiae ossis sinibus in anteriora luxetur. Atque hunc sanē usum illi demū nos edocēt, quibus patella sede sua dimouetur: aut quibus ex casu in duas partes fracta, fursum multo elatius ascendit, quam in inferiora femoris capita cōsistunt. Hi namque infirmissime tibiae flectunt, & periculosissime per decliua loca gradusque descendunt, femore semper prorsum citra omne articuli genu robur elabente.

b 2 fig. 10 cap. E, F.

DE PEDIS OSSIBVS. CAP. XXXIII.


PRIMA TRIGESIMI TERTII CAPITIS FIGURA.



SECUNDA.



TERTIA. QUARTA. QUINTA. SEXTA. ATQUE HIS SERIATIM SVBIACENT SEPTIMA, OCTAVA, ET NONA.





DECI

DECIMA.



VNDECIMA.

DVO
DECI-
MA.DECI
MATER-
TIA.

TREDECIM PRÆSENTIS CAPITIS FIGVRARVM
earundemq; characterum Index.

PRIMA figura integram dextri pedis ossium struem superiori facie exprimit. Secunda dextri quoque pedis ossium compagem ea sede delineatam proponit, qua stantes innitimur. Tertia dextri pedis talus anteriori facie ita oculis subijcitur, ut ipsius superior pars in conspectum ueniat. Quarta, eiusdem tali inferior sedes ab anteriori facie exprimitur. Quinta, talus ab interno latere spectatur. Sexta talum conspiciendum offert externo latere designatū. Septima, dextri pedis calcis os interiori sede ita exprimitur, ut externum ipsius latus magis quam internum appareat. Octaua, calcis os ab interno latere ostenditur. Nona calcis ossis externum latus commonstrat, & perinde ac duæ præcedentes, superiorem calcis sedem depictam exhibet. Decima, pedis os cymbam referens anteriori facie, qua tarso ossibus committitur, delineatum cernitur. Vndecimaeiusdem ossis posteriorem refert sedem. Duodecima, quatuor tarsalium ossium simul nexorum anterior facies conspicitur, cui pedij ossa coarctantur. Decimatertia, quatuor tarsalium ossium posterior facies spectatur, quæ calci & ossi nauiformi est contermina.

Γ, 1, 2 Talus.

Δ, 1, 2 Calx.

Θ, 1, 2 Cymbam referens os.

1, 2, 3, 4 His numeri characteribus in prima figura, secunda, duodecima & decimatertia quatuor tarsalium ossa indicantur, quibus ab inscripto numero nomina imponimus. hoc primum, illud secundum, atq; ita deinceps appellantes.

I, II, III, IIII, V Quinq; pedij ossa in prima figura notantur, quæ in secunda etiam citra characterum appositionem sunt conspicua.

Λ, Ξ, 1, 2 Digitorum pedis ossa.

A, B, C, D 3, 5, 6 His quatuor characteribus tali tuber notatur, tibiæ ossis inferiori appendici articulatum. ac A quidem ad B primam huius tuberis costam seu latus indicat. C uero ad D secundum, & A ad C tertium, B autem ad D quartum.

E, E 3 Sinus tuberis tali secundum ipsius longitudinem insculptus.

F, F 3 Duæ tali tuberis partes, elatius quam sinus E indicatus prominentes.

G 5 Internum tali tuberis latus, quod compressum & cartilagine incrustatum, interno malleolo committitur.

H 6 Tali tuberis sinus externo ipsius lateri insinuatus, qui cartilagine similiter obductus, externum malleolum excipit.

I 5 Sinus tali asper, cui ligamentum cartilagineum ab interno procedens malleolo inseritur.

K 6 Tali sinus, cui ligamentum cartilagineum ab externo malleolo pronatum inseritur.

L, M 5, 6 Duo sinus, quos posterior tali regio uersus internū latus spectandos exhibet, qui deducēdis reflectendisq; musculorum tendinibus parantur, hæc pedis inferiora subeuntibus.

N 3, 4 5, 6 Tali ceruix.

O 3, 4 5, 6 Tali caput, ossis cymbam referentis sinum subiens, qui undecima figura k indicabitur.

P 7, 8, 9 Calcis ossis tuber, caput ue cartilagine obuolutū, & in tali sinum Q notandum ingrediens.

Q 4 Tali amplius sinus, calcis caput P iam indicatum admittens.

R 7, 8, 9 Calcis ossis sinus, cui inferior tali capitis sedes S iam indicanda articulatur.

S 4 Inferior tali capitis, quod ossi cymbam referenti articulatur, sedes, calcis sinum subiens.

T, T 4

- T, T 4 *Asper tali sinus, ex quo cartilaginea ligamenta calci inseruntur.*
- V, V 7, 8, 9 *Asper calcis sinus, cui cartilaginea ligamenta ex nuper dicto tali sinu immittuntur.*
- X, Y, Z 2 *Calcis ossis sedes, quæ pede in terram firmato, deorsum spectat. Verum Y, & Z in secunda, & Y in octava, & Z in nona priuatim huius sedis processum notant, musculis quibusdam educendis aptum, & propinquius reliqua calcis sede terræ innitentem.*
- a, b 7, 8, 9 *Ab a ad b superioris calcis sedis interuallum notatur, à posteriori tali regione ad posticam calcis deductum.*
- c 2, 8, 9 *Postica calcis sedes.*
- d, e 2, 8 *Internum calcis latus. Verum e priuatim sedem notat, qua tendines hanc pedis inferiora petunt.*
- f, g 1, 7, 9 *Externum calcis latus. Verum g separatim huius lateris regionem insinuat, cui septimi & octaui pedem mouentium musculorum tendines exporriguntur.*
- h, i 7 *In septima figura anterior calcis sedes est conspicua. & h quidem eius sedem indicat, quæ talo committitur. i uero eam notat, quæ ossi tesseræ, seu cubum imitanti articulatur. Est itaq; i depressum calcis caput, sinum ossis cubum imitantis subiens. Atq; id caput in nona etiã est conspicuũ.*
- k 11 *Admodum profundè exculptus ossis cymbæ imaginem ostendentis sinus, tali caput O signatum suscipiens.*
- l, m, n 10 *Anterior ossis cymbæ assimilati sedes, tres perquam leuiter prominentes commonstrans superficies, quibus tria interiora tarsi ossa coarticulantur.*
- o, p, 11, & o in 10 *Superior ossis cymbam referentis sedes, qua pedis superiora spectat.*
- q, r 10 et q in 11 *Inferior ossis cymbam referentis sedes, terram intuens. Verum q priuatim huius sedis sinum indicat, quò jextus pedem mouentium musculus deducitur.*
- s, t, u 13 *Tres planæ quodammodo superficies trium interiorum tarsi ossium, quibus hæc ossi cymbæ simili coarticulantur.*
- x 13 *Ossis cubum referentis sinus in superficie leuiterq; cælatus, quo calci id articulatur. estq; hic sinus huius ossis unum latus.*
- α, β 12 *Ossis cubi referentis sedes, cui pedij os anulare suffulciens digitum, & illud quod minimo præponitur, planis superficiebus coarctantur. estq; hæc sedes secundum latus ossis cubo similis.*
- γ 12, 13 *Tertium ossis cubo assimilati latus, quod & os cymbam exprimens respicit, tertioq; tarsi ossium coarctatur.*
- δ 12, 13 *Quartum ossis cubo à dissectionis professoribus comparati latus, externã pedis sedem spectans.*
- ε 12, 13 *Quintum eius ossis latus, in pedis superiori consistens superficie.*
- ζ, η 2, & ζ in 13 *Sextum illius ossis latus, terræ innitens. Verum η peculiariter ipsius indicat sinu, ad quem septimi pedem mouentis musculi tendo reflectitur.*
- θ 13 *Processus tertij tarsi ossium, quod ossi cubum referenti articulatur, in hoc prominens, ut ipsi quintus pedem mouentium musculus inseratur.*
- 12 *Sedes intimi tarsi ossium, cui pedij os pollicis præpositum articulatur.*
- κ 12 *Huic secundi tarsi ossis sedi, pedij os indicem sustinens coarctatur.*
- λ 12 *Huic tertij ossium tarsi sedi, os pedij articulatur, cui medius innititur.*
- μ 1, 2 *Ossiculum ad externum articulationis latus obuium, quo pedij os paruo præpositum digito, ossi cubum exprimenti committitur.*
- ν, υ 1, 2 *Interualla, sedesq; quibus pedij ossa inuicem debiscunt.*
- ξ, ζ 1, 2 *Capitula pedij ossium, sinus primorum digitorum ossium subeuntia.*
- ω 2 *Processus pedij ossis pollicem suffulciens, cui septimi pedem mouentis musculi tendo implatur.*
- ρ 2 *Processus appendicis superioris pedij ossis minimo præpositi, in hoc potissimum prominens, ut octaui pedem mouentis musculi insertionem excipiat.*
- ς, τ, υ 1, 2 *Tria indicis ossa. atq; eadem ratio medij, anularis, minimiq; est.*
- φ, χ 1, 2 *Duo pollicis ossa.*
- ψ, ω 2 *Duo ossicula pedij ossi pollicem sustinenti supposita.*
- * 2 *Ossiculum secundo pollicis internodio præpositum. Reliqua autem sesamina ossicula in primis digitorum articulis nullis notis insigniuimus.*



QUEMADMODUM canes, mustelæ, feles, cuniculi, lepores, & magis adhuc simiæ, & ursi, omniâque quadrupeda, quibus pedes in digitos finduntur, eandem cum hominibus, femoris ad coxædicis os, & femoris ad tibiam articuli speciem obtinēt: ita sanè par quoque in posteriorum pedum ossibus illis, & huic cernitur contextus. Quippe si pollicis in illis animalibus constructionem ab homine differre, atque magis & minus ad manus nostræ pollicem accedere, ac plures interdum pauciores ue digitos obtingere, nostrumque pedem breuiorem esse subaudias, nullo prorsus osse humanum pedem donari spectabis, cui penitus simile, tum situ, tum forma, tum articulatione, tum mouēdi ratione in canibus & id genus animalibus non reperias. Cæterum posteriorem in illis pedem appello, totam eam crurum partem, quam terræ inniti conspiciamus, quoties canē aut ursum anterioribus cruribus à terra subleuatis, nulliūque baculo aut alio quopiam fulcro innixis erectum cernimus. non uerò illam duntaxat partem, quæ quum quatuor insistant pedibus, terram contingit. ea namque duntaxat pedum digiti est: quemadmodum & nos quoque, quum quatuor ueluti cruribus prorepere studemus, solis manuum & pedum digitis terram cōtingimus, brachiale & calcem à terra urforum canumque ritu subleuantes. Adeo mehercule, ut dictis iam animalibus illic pes incipiat, ubi Aristoteles proportionalem nostro genu articulum in omnibus quadrupedibus finxit. Vnde etiam liquet, quàm hoc meum de quadrupedum ossibus paradoxum, Aristotelis, omniumque (quod sciam) philosophorū, & inter Anatomicos facile principis Galeni de communi animalium gressu in crurum flexione, extensione, sessione, ac femorum cum spina seu dorso ductu, & corporis erectione dogmata perturbet. Ab hac itaque ossium in illis animalibus cum homine similitudine, pedis ossium sermonem aggressus sum, quò minus aliquis hinc mox initio à me requireret, quæ tot chartis in tertio de Partium usu Galenus persequitur. quando hominis pedem quadrupedum longiorem, & deinde latum mollemque esse describit. adeoque diffuse hominem in ossium compositione ab alijs animalibus distinguit, ac demum tam sollicitè cur homo erigatur sedeatque ratiocinatur, in Euripide ridendo magis quàm spectandis ossibus occupatus. Quandoquidem et si urfis & alijs eius generis animalibus eadem quæ homini adsunt, tamen Galenus docet Naturam nonnulla homini ut bipedi, nonnulla autem ut animali ratione prædito, in pedum constructione largiri. Arbitror itaque posthac Aristotelis Galenique studiosos, hominum, & quadrupedum, & auium quoque ossa inuicem collaturos, ac quo nam pacto nos quatuor ueluti cruribus innixi progrediamur, quaque ratione felis aut canis sedeat, aut erectus parieti innitatur, ac denique singula seorsim in quo conueniant aut discrepent indagaturos, ut deinceps placita tantorum uirorum adeo diffuse lateque pertractata, naturalium rerum studiosi rectius euoluant, ac tandem admoniti agnoscant, quàm manifestò huiusmodi ossium similitudo illa redarguat: quamque Aristotelis & Galeni, multoque minus Platonis in Anatome dogmata, non ex tripode sint dicta. Prolixum namque foret, hinc omnium de talis & crurum motibus sententias recensere, atque quid de singulis sentiam adijcere. potissimum quum hætenus pedis ossa nondum descripserim, quæ opportunè à talo (quem Græci ἀσφαλῶλον & ἀστύον uocant) aggrediar.

Quadrupedū cum hominis, cruribus, ac pedibus similitudo.

Li. de Cōmuni animalium gressu. Lib. 3 de V. su part.

41, 2 fig. r. & tota 3, 4166 figuræ, ac integrarū 2 ad 4 & r. de, in ada et b. b 31, 5, 6 fig. A, B, C, D. c 35, 6 fig. ab A ad B. d 35, 6 fig. à C ad D. e eandem fi. ab A ad c. f eandem fig. à B ad D. g 3 fig. E, E. h 3 fig. F, F. i 9, 10 fig. u. n. d, e, f.

Homini itaque talus (qui forma canum, urforum, similibusque animalium, quibus pedes in digitos dirimuntur, non autem bisulcorum, & solidis unguibus præditorum animalium talo respondet) sub tibiæ osse & fibula continetur, magna sui sede ab illorum ossium appendicibus comprehensus, quemadmodum in tibiæ ossis & fibulæ descriptionibus antea retuli. Elatior namque tali pars, quæ sursum quoties totus pes terræ innitur spectat, insigni admodumque læui prominet tubere, lubrica cartilagine incrustato, ac denique quartæ rotulæ cuiusdam parti non absimili. Est namque hoc tali tuber rotulæ illius partis modo orbiculare ac læue, & quatuor lateribus seu costis terminatū. ac prima quidem & secunda ad tuberis latera secundum ipsius longitudinem ueluti in orbem ducuntur: tertia secundum anteriorem tuberis terminum, quarta autem secundum posteriorem terminum feruntur. Adeo ut orbiculare hoc tali tuber quadrangulare quodammodo sit, atque ob id Græcis τετραγων, Latinis autem quatrio appellatur. Neque uerò lateribus duntaxat præsens tuber quartæ illi rotulæ parti correspondet, sed rotulæ modo, ad quam funis reflectitur, hoc tuber sinu quodam in ipsius medio donatur, qui leuiter admodum cælatus, ad latera utrinque magis protuberat, illi sedi exactissime conueniens, quam in ima tibiæ ossis appendicis sede talo excipiendo paratam scripsimus. Præsentis tali ad tibiam nexus beneficio pedem flectimus, & reflectimus, ac nimis quàm obscure in latera ducimus. quanquam nos tanto perfectiorem in latera motum moliamur, quanto tali tuber, seu quatrio minus rotulæ modo exculpitur, & quò minus mutuo ingressu tibiæ ossi articulatur.

TALI situs, ac ipsius cum tibiæ osse & fibula articulationis ratio.

N articulatur.

ticulatur, quemadmodū in canibus fit, quibus tali quatrio insignius secundū ipsius longitu-
dinem cauatur, magisq̄ ad rotulā, cui funis aduoluitur speciem accedit, ob quod etiam firmiori
mutuo ingressu canis talus tibiæ iungitur. Ad hæc, præfens tali quatrio non in his solum quæ
modò diximus quartæ rotulæ parti respōdet, uerū uti rotulæ latera, quibus ipsa ueluti in fur-
cula, aut ut alijs placet in trochlea, suffulcitur, detrita & læuia unctaq̄ uisuntur: ita quoque tali
tuber ad latera, quibus malleolos contingit, comprimitur, læuiq̄ cartilagine incrustatum cer-
nitur, quamuis non pari modo utrinque. In interno siquidem latere, ^k parua amplitudine & su-
perficietenus tantum comprimitur, quòd scilicet inferioris tibiæ ossis appendicis processus inte-
riorem malleolum constituens, & hoc tali latus compræhendens, non admodum amplo ^l spa-
cio læui cartilagine incrustetur. Externum uerò tuberis tali latus ^m ampliter sinuatum, & maio-
ri interuallo cartilagine incrustatū apparet, ut aptam sedem constituat, cui ⁿ internum exte-
rioris malleoli latus concinnè congruat, ^o qui magis deorsum, quàm interior malleolus, expor-
rigitur. Quemadmodum uerò internum interioris malleoli latus asperum ^p sinum exigere
scripsimus, ex quo ^q ligamentum cartilagineum talum tibiæ ossi colligans pronascitur: ita quo-
que eius ligamenti recipiendi gratia internum tali latus aspero ^r sinu insculpitur, perinde ac
externum ipsius tali latus similiter ^s cælatur, ut ipsi ^t ligamentum inseratur ab interno exte-
rioris malleoli latere eductum. Huiusmodi quoque ligamentorum ratione posterior tali sedes ad
tuberis ipsius, seu quatrionis ^u radicem cōsistens aspera est, ut inibi ligamenta admitteret à tibia
principium ducētia, & rursus alia in calcem porrigat. At præter eiusmodi asperitatem poste-
rior quoq̄ tali sedes, ^x sinus ostendit, musculorum tendinibus, qui hæc pedis inferiora subeunt,
uehendis parati. ^y Descendunt autem hæc tendo quinti pedem mouentium musculi, & musculi
secūndum pollicis os flectentis, & illius tendo qui tertia quatuor digitorū ossa inflectit. Atq̄ ad
hunc modum talus tibiæ articulatur, & tali quoque superior ac posterior sedes, lateraq̄ ita se ha-
bent. Ab anteriori uerò ipsius sede, idq̄ magis ab huius sedis interno latere oblonga produci-
tur ^z ceruix, quæ aliquousque progressa, in ^a caput rotundum, lubricaq̄ cartilagine incrusta-
tum desinit, quod nauicularis ossis alto ^b sinui inarticulatur, contextū efformās, cuius beneficio
modicè obscuroq̄ motu pedem in latera agi circunduciq̄ arbitramur. Inferior tali pars, duplici
articulo calcis ossi articulatur, illiq̄ totus insternitur. ac unus quidē articulus in posteriori con-
sistit regione, ubi calcis os amplo latoq̄ prominēt ^c tubere, amplum profundumq̄ tali ^d sinum
ingrediente. Alter uerò articulus anterior est, ac uersus internum pedis latus uergens, secus at-
que posterior articulus se habet. Calcis enim os oblongo ^e sinu exculpitur, qui cartilagine in-
crustatus, humiliorem tali capitis ^f sedem excipit. Talinamque ^g caput nauiculari ossi articula-
tum, inferiori sua sede qua calci innititur depresso tubere, dicto iam calcis sinui examussim ada-
ptatur. In horum articulorum medio ^h talus, & ⁱ calx pariter exasperantur, profundosq̄ obti-
nent sinus, ex quibus cartilaginea pronascuntur ligamenta, talum calci ualidissimè connecten-
tia. Atque isti asperi horum ossium sinus adeò altè cælantur, ut in mundatis ossibus, & post-
modum inuicem commissis, magnum inter talum calcemq̄ inibi pateat interuallum, in uiuen-
tibus cartilaginosis huiusmodi ligamentis opletum, quæ adeò pertinaciter talum calci col-
ligant, ut uix tantillum is supra calcem moueatur, ac sua inferiori sede tam sit immobilis, ut su-
periori, qua tibiæ articulatur, uersatilis uolubilisq̄ obseruatur.

*Sinus tali qui
bus à tibiæ of-
se & fibula li-
gamenta assu-
mit.*

*Sinus quibus
tendines de-
ducit.*

*Tali cum of-
se cymbam re-
ferente articu-
lus.*

*Tali ad cal-
cem cōtextus.*

*Sinus inter
tali cum calce
commissuras
apparents.*

*CALCIS of-
fis sedes ter-
ram spectans.*

*Superior cal-
cis sedes extra
tibiæ rectitu-
dinem retror-
sum ducta.*

^k Calcis os, quod omnium pedis ossium facile maximum est, pariq̄ cum talo constat substan-
tia ^l ea parte qua ingredimur leuiter teres, sed tutæ formationis gratia quoque latiusculum exi-
stit. uerum interim asperum & inæquale inibi cernitur, idq̄ quorundam musculorum occa-
sione. Primū enim in inferiori ipsius sede transuersim iuxta posteriora deorsum prominēt, ac
asperum educit ^m processum, à cuius anteriori sede ⁿ musculus principium ducit, qui quatuor
pedis digitorum secundum os flectit. Dein illic ^o musculosa substantia enascitur, quatuor par-
ticulas deducens, quibus quatuor digitos pollicis adducimus. Horum enim musculorum pro-
ducendi gratia, hæc inferior calcis sedes, latior & inæqualis est, & processus ille ob hoc promi-
net, terræq̄ propinquius quàm reliquum calcis corpus accedit, quo minus illorum musculo-
rum capita inter calcandum comprimantur. Superior calcis sedes, ^p quæ à posteriori tali parte
ad posticam usque ipsius calcis sedem ducitur, teretis corporis speciem refert, priuatim nihil
præter exiguam asperitatem commonstrans, in quam tibiæ ossis & tali ligamenta inseruntur,
quæq̄ à musculorum exortu & insertionem, & articulationem libera est. Posterior hæc calcis se-
des, tibiæ ossis rectitudinem admodum excedens, in hoc in posteriora educitur, ut tibia oppor-
tunè instar perpendicularis lineæ in pedem tanquam in aliam lineam transuersim ductam ful-
ciri possit, utq̄ totius corporis robustissimus ^q tendo ^r posteriori calcis parti inseratur. huic
etenim depressæ & utcunque asperæ calcis parti tendo implantatur ex primo, secundo & quar-
to pe

k 5 figur. G.
l 9 fig. cap.
31 8.
m 6 fig. H.
n 9, 11 fig.
cap. 31 b.
o confer
figure c. p.
31 E cum v.
p 4, 10 fig.
cap. 31
q fig. cap. 1
lib. 2 f.
r 5 fig. I.
s 6 fig. K.
t fig. cap. 1
lib. 2 g.
u post B, D
figur. 5.
x 5, 6 fig. L.
M. aut 15
muscul. tab.
charact. 1.
233.
y eiusdem
tabu. D, E.
O, P. muscu-
los notant.
z 3, 4, 5, 6
figura N.
a eandem
figur. O.
b 11 fig. h.
c 7, 8, 9 fig.
gur P.
d 4 fig. Q.
e 7, 8, 9 fig.
gur. R.
f 4 figur. S.
g 4 fig. O.
h 4 fig. T, T.
i 7, 8, 9 fig.
V, V.
k 1, 2 figur.
Δ. & tota
7, 8, 9 fig.
integrarum
autem 233
figura a.
l 2 figur. X,
Y, Z.
m 2 figur. Y,
Z. & 8 fig.
X. 9 autem
figura Z.
n 14 musc.
tabul. e.
o 14 musc.
tab. 2, 11, &
15 tab. N.
p 7, 8, 9 fig.
ab a ad h.
q 13, muscul.
tabul. 2. aut
14 tab. ten-
do ex n. o,
q cōstat.
r 2, 8, 9 fig. c.

to pedem mouentibus musculis conflatus. In quadrupedibus autem, ut canibus, ouibus, & equis, posterior hæc calcis ossis sedes ex abundantia sinum quendam oblongum sibi uendicat, quo tendō is tutō uehitur, qui in illis animalibus secus ac in homine latum tendinem plantæ cuti subnatum procreat. Cæterum calcis laterū quæ ampliter sunt depressa lataq̄, internum latus læue & insigniter sinuatum conspicitur, ut aptam constituat sedem musculorum tendinibus hæc pedis inferiora petentibus, atque ad internum hoc calcis latus tutissimò reflexis. Deducuntur autem hæc, præter præcipuam pedis inferiora petentem uenam, & arteriam, & neruum tendo quinti pedem mouentis musculi: & tendines duorum musculorum, qui ultimos pedis digitorum articulos flectunt. Hi tendines potissimum ad posteriorem processum calcis sedem conuoluuntur, cui Natura sinum insculpsit tali caput excipientem, & anteriorem tali cum calce constituentem articulum. Adeò ut is processus in internum pedis latus protuberans, internum calcis latus impense sinuatum efficiat, quemadmodum & protuberans posterioris calcis sedis internū latus hunc quoq̄ sinum ampliter auget. Id enim in hoc insignius prominet, ut musculus ab illo enascatur, cuius beneficio pollex introrsum à cæteris digitis abducitur. Externum autem calcis latus non sinuatur, sed asperum & inæquale ac excarne est, si modo humiliorem ipsius sedem exceperis, quæ musculum educit paruū digitum à cæteris digitis in externum latus abducentem. Deinde anterior huius lateris sedes aliqua ex parte læuis, modicèq̄ admodum in superficie sinuata cernitur, & tendinibus cedit septimi & octauissimi musculorum pedem mouentium, qui ad posteriorem externi malleoli sedem reflexi, secundum hanc calcis regionem porriguntur. Cæterum calcis anteriorum partium, ea quæ è regione magni digiti habetur, & processus modo in internum calcis latus excedit, talo quemadmodum antea diximus articulatur, nulli interim alteri ossi contigua. At calcis anterior pars minimo digito situ respondens, in anteriori sua facie læuis est, & lubrica cartilagine incrustatur, depresso amploq̄ prominens capite, quod ossis tesseram imitantis sinui coarticulatur, qui similiter lubrica obductus cartilagine, duntaxat superficietenus insculpitur, eaq̄ commissuræ specie hic articulus perficitur, quam ἀρθρωδία Græcis uocari diximus.

Internum calcis latus quale.

Externum latus.

Anterior calcis pars.

OSSIS CYMBÆ referentis sinus.

Anterior ossis sedes, & tres ipsius plantæ superficies.

Superior sedes.

Inferior.

Quibus pedis ossibus in manu nullum respondet.

TARSUS.

Nauculare seu nauiforme os, posteriori quidem sede admodum profundo donatur sinu: unde etiam à cymbæ imagine σκαφοειδής Græcis nuncupatur. Sinus iste (uti prius dictum est) tali caput excipit. Anterior ossis cymbæ comparati sedes lubrica cartilagine incrustatur, & tres admodum leuiter prominentes commonstrat superficies, tribus tarso ossibus, quæ ipsi articulantur, paratas, adeoq̄ modicè protuberantes, ut num sinus, num capita sint, penè diiudicare nequeas. Harum superficierum intima & interno pedis lateri proxima, reliquis duabus amplior est, & insignius quàm illæ ideo prominet, quòd tarso os ipsi coarticulatum maius & amplius sit, & profundius quoque sinuetur alijs duobus tarso ossibus, quæ reliquis duabus ossis cymbæ exprimentis superficieribus committuntur. Læues has, adeoq̄ obscure protuberantes superficies, dissectionum periti cubos uocant, quoties tria tarso ossa cubis eius ossis quod cymbam refert coartari docent. Superior huius ossis sedes gibba, & quodammodo rotulæ modo orbicularis est, eam obtinens figuram, quæ pedi hæc in sede fuit optima, iniurijsq̄ ferendis pertinacior. Atque hæc sedes uniuersa utcunque aspera est, quòd foelicius ligamenta educat, id os talo & tarso ossibus connectentia. Inferior ossis cymbæ similis sedes utcunque sima uisitur, ut hac parte cavitatem pedi magnopere necessariam adaugeat. Verum hæc ossis pars, superiori parte asperior ac inæqualior cernitur: quòd hinc ualidiora ligamenta, quàm ex superiori enasci debuerint. Præterea inferior hæc sedes iuxta internum ipsius latus sinum exigit, ad quem sexti pedem mouentis musculi tendo appositisimè reflectitur. Nauiculari itaq̄ ossi, ut neque etiam calci, neque talo, in manu nullum proportionale os consistit, quæ autem adhuc in pede recensenda supersunt, extremæ manus partibus aliqua ex parte correspondent: cuiusmodi tarso sunt ossa, brachialis ossibus conferenda.

Vocatur autem Græcis τάρσος quatuor pedis ossium series, quorum tria nauiculari coartantur: quartum uerò, quod tesseræ assimilatur, calci. Quamuis interim Græci subinde tarso nomen non his solum ossibus accommodent, uerum uniuersam pedis superiorem partem eo nomine plerunque intelligant: uti Galenus in libris de Administrandis sectionibus perpetuò facit, tendines, & uenas, & arterias, neruosq̄ secundum tarsum ferri scribens, quæ per pedis superiora exporriguntur, digitosq̄ accedunt. Latinorum quamplurimi hanc ossium struem plantam quoque nuncupant. uerum quando plantæ nomen latius patet, non ineptè tarso nomine, dum aptius sese offerat, mihi utendum duxi. Tarso igitur ad brachiale constructionis proportio non est obscura, ex quatuor enim ossibus tarsus, ex duplicatis autem brachiale constituitur. Ex pluribus nanq̄ & minoribus particulis apprehendendi organum componi debuit, ex gran-

Tria tarso-
sa interiora.

Quartum &
extimum os.

Tarsi ossium
forma et quan-
tatem uaria
esse.

Pedium quin-
que ossibus co-
stare.

Pedij ad tar-
sum coarticu-
latio.

dioribus uerò paucioribusq̄, ambulandi instrumentum. Tria tarsi ossium interiora plantis quodammodo = superficiebus nauiculari ossi coarctata, proprio carent nomine: at nonnullis simul omnia *καλποδία* appellantur. Quartum autem extrinsecus situm, à cubi seu tesserae forma (quum quasi octo habeat latera) *κνβοδός* uocatum est. Atque unum ipsius³ latus posterius est, quo^b calci committitur: c^o secundum anterius, quo continua superficie duobus pedij^d ossibus coarctari docebitur: e^o tertium interius est, quo ipsi proximo tarsi ossi coarticulatur. quartū pe- dis exterius respicit latus, uixq̄ lateris nomen meretur, quum admodum obscure planum sit. ^h quintum superius est, nulli etiam nexum ossi, sed pedis superiora spectans. ^h sextum terram re- spicit, nulli similiter ossi commissum, cæterisq̄ lateribus longè inæqualius, & priuatim oblon- go quodamⁱ sinu donatū, ad quē maxima Naturæ solertia septimi pedem mouentis^k musculi tendo reuoluitur. Quia uerò aliquot huius ossis latera ad eum modum obscura & inæqualia sunt, & non ad amulsim tesserae imagini accedit, Arabes ab inæquali effigie, & quadam gran- dinis imagine, id grandinosum appellarūt. Alij rursus à multiplici forma illi idem nomen cum cuncum referenti capitis^l osse indiderunt, id *πολύμορφον* uocantes. Hoc tarsi os (uti & antea mo- nuimus) calci coarticulatur, terræq̄ innititur: reliqua autem tria simul cum nauiculari sursum à terra subleuantur, ut pedem hac sede cauum altumq̄ constituent. ^m Tarsi ossa, ut & brachialis, figura & quantitate inter se discrepant, nec superiori nec inferiori parte æqualiter porriguntur. Os enim cubum referens, & primum os interius pedis latus occupans, duobus quæ in medio habentur multò maiora sunt. atque illorum duorum rursus grandius est quod cubum referen- ti necitur, quemadmodum & cubum referens intimo osse grandius quoque uisitur. Quin- etiam os cubum referens posterius, ad calcem scilicet, uergit: intimum uerò os antrorsum uer- sus pollicem multo magis, quàm cætera, eminet. Ex medijs, quod intimo ossi proximum est, breue cernitur nō ad eò antrorsum, atq̄ id quod cubum referenti committitur, productum. Omnia simul iuncta superiorem eorum superficiem gibbam orbicularemq̄ efformant, infe- riorem uerò cauam simam ue, quemadmodum & pedi ex usu esse nemo nō nouit. Duo media cunei accedunt imagini. quā enim pedis superiora spectant, lata orbiculataq̄ nonnihil sunt: quā uerò plantam cōstituunt, non secus acuta uisuntur, quàm si cuneorum ritu inter intimum & extimum tarsi ossa hæc inijcerentur. Deinde tarsi os ossi cubo simili coarctatum, priuatim acutius & demissius in pedis inferiora porrigitur, quàm secundū tarsi os intimo commissum, quòd ipsius huc deductoⁿ processui tendo quinti pedem mouentis^o musculi ualidissimè infe- ratur. Tarsi ossa, ubi lateribus inuicem cōmittuntur, tota connexus amplitudine leui lubricaq̄ cartilagine non obducuntur, sed duntaxat in posteriori laterum sede ossi cymbam referenti proxima. quippe in reliqua parte nonnihil mutuo distant, cartilaginosorum ligamentorum interuentu inuicem copulata.

PEDIJ hi-
storia.

Tarsum subsequitur pedis^p pars, quam Hippocrates à costarum fortassis serie *σάδο*, alij uerò Græci *πυδίου*, Latini plantam, & nonnulli pecten, uestigiumq̄ appellant. Cæterū quum illæ Latinorum uoces in musculorum narratione, & in uasorum neruorumq̄ descriptionibus plurimum obscuritatis (si modo illis uteremur) adferrent, conduxerit profectò, & hîc quoque à Græcis nomen mutuari. est enim & planum (quo nomine alij *πυδίου* uertunt) in hac signifi- catione, qua pedis partem significat, penè inauditum. Pedion igitur manus^q postbrachiali respondet: uerum quinque ossibus, non autem quatuor, ut postbrachiale, conformatur. In ma- nu nanque pollicem reliquis digitis opponi decebat, atque hac ratione primum ipsius os bra- chiali articulo laxiori, quàm quatuor postbrachialis ossa, alligatur. quare etiam primum polli- cis os digitis, non autem postbrachiali Galenum secuti ascripsimus, pollici perinde ac cæteris digitis tria ossa tribuentes. Quinq̄ uerò pedij ossa pari articuli connexu tarsi ossibus una serie committuntur. Pes enim quum ambulandi sit organum, stabilitatis securitas illi maximè con- uenit, quæ in uno ordine locatis indiget, non solum quidem pedij, uerum etiam & digitorum ossibus. Ac pedij ossa^r tarsi ossibus læuibus & in superficie tantū protuberantibus capitibus coarctatur, tam obscure prominentibus, ut meritò planis superficiebus pedij ossa tarso coar- ticulari dixeris. & pedij quidem os pollici præpositum intimo tarsi cōmittitur ossi, quod indi- cem suffulcit secundo, quod medium sustinet tertio ossi coarticulatur. duo autem reliqua ossi cubum referenti coarctantur: ^s quemadmodum octauo brachialis ossi ea postbrachialis ossa committi proditum est, quibus anularis & medius innituntur. Et quemadmodū articuli, quo postbrachialis os minimū digitum sustinens brachiali necitur, externo lateri^t ossiculum quod- dam apponi diximus: ita etiam in pede^u ossiculum uisitur, ad externum latus articuli positum, quo quintum pedij os cubiformi ossi articulatur. Porrò quemadmodum tarsi ossa non eadem linea anteriori parte finiunt, sic etiam pedij ossium aliud alio magis in posteriora porrigitur.

z 13 fig. b.
u.
a 13 fig. x.
b 7 fig. i.
c 12 fig. a. b.
d 1 fig. III.
V.
e 12, 13 fig. 7.
f 12, 13 fig. 7.
g 12, 13 fig. 1.
h 2 fig. 1. 2.
13 fig. 1.
i 2 figur. u.
k 15 muscu.
tab. V, X.
18 fig. ca. 6.

m Confer
in uicē tar-
si ossa pri-
mæ fig. cū
z & rur-
sus duode-
cimæ cum
13 figuræ.

n 13 fig. 1.
o 15 musc.
tabu. D. E.
dein c. d.
p 1 figur. 1.
II, III, IIII,
V. integra-
rum uerò
fig. b, b. ad
d. e. f. g. ac
i. i.
q 1, 2 fig. ca.
25 I, II, III,
III.

r sedes in
tarso ser-
tim notan-
tur 1, 2, 3,
a, b.
s 2 fig. cap.
25. charac.
III, IIII, ad
8.
t 1, 2 fig. ca.
25 N.
u 1, 2 fig. a.

Pe-

x 1, 2 figur.
r, v.
7 15 musc.
tab. L.
21 fig cap.
127 C. dein
D. ac insu-
per ill. nc
digitorū re-
liquam pe-
te articula-
tionem.
41, 2 fi. f, f.
b 2 figur. w.
c 15 musc.
tab. V, X,
dein Y.
d 2 figur. p.
e 15 muscu.
tabul. a, de-
in b.
f 1, 2 fig. A,
z. integra-
rum autem
i, i ad b, b.
g 1, 2 figur.
1, 7, v.
h 1, 2 fi. p. x.
i 2 fig. v.

Pedij ossa illic ubi tarso committuntur, lateribus sibi proxima crassa^q sunt, & aliqua ex parte planis læuibus^q superficiebus per arthrodian inuicem coarctantur. Quà autem à tarso ad digitos abscedunt, tenuiora fiunt, atque in illorum medio^x interualla efformant, quibus^v muscu-
losa reponitur substantia, cuius auxilio primi digitorum articuli flectuntur. Atq; ut pedij ossa illi substantiæ aptiorem sedem porrigant, non adeò acuta tenuia^q superiori parte, atque ea qua terram spectant, uifuntur. Vbi autem digitis articulatur, omni ex parte postbrachialis^v ossibus respondent, & appendice donata in rotundum^a caput desinunt, sinum primi digitorum ossis subiens. Pedij os pollicis præpositū, ea parte qua tarso articulatur, in ipsius inferiori sede terræ contermina, processum exigit, cui septimus pedem mouentium^e musculus inseritur. Atque simili quidem occasione pedij os minimum suffulciens digitum, quà tarso articulatur insignem^d commonstrat^a processum in externum pedis latus excedentem, in quem octauū pedem mouentis^e musculi tendo insertionem molitur.

Pedij ossium interualla.


Ad digitos articulatione.

PEDIS DIGITI.

Pedem à manu summa uno osse cõtra Galeni placitum superari.

Pedij ossa^f digiti subsequuntur, qui ex ternis^s ossibus omnes ad eorum quæ in manu sunt, similitudinem extructis constant: pollice tantum excepto, qui inter alios duplici tantum^h osse extruitur, ut anterior pedis concauitatis sedes firmiter terræ innitatur, ad quod etiã plurimum iuuant magnaⁱ ossicula, quæ quum ossa sesami semen referentia persequerentur, ad primum pollicis internodium reponi dictum est. eo enim Capite non minus de manus quàm pedum ossiculis (quum utrorumque eadem sit ratio) egimus. Quòd uerò pes à summa manu uno osse uincatur, manifestum est. extrema enim manus uiginti septem constat ossibus, illis secluis quæ sesamo comparantur. Sunt enim octo brachialis, quatuor postbrachialis, & quindecim digitorum. Pes autem uiginti sex tantum donatur ossibus, calce nimirum, talo, nauiculari ossi, quatuor tarfi ossibus, quinque pedij & quatuordecim digitorum. Atq; id Galeni nomine hîc addendum duxi, qui in secundo libro Commentariorum in Hippocratis librum de Fracturis (ubi is inquit, pedem hominis multis ac paruis ossibus nõ secus ac summã manum efformari) scribit, pedi non aliter quàm extremæ manui uiginti septem adesse ossa: parum mehercule perpendens, se bis cubum imitans os enumerare, aut præter id os, alia quatuor tarfi recensere. quemadmodum sanè facit eodem in libro, quum quatuor tarfi ossa cubum referenti ossi, & illi quod cymbæ assimilatur articulari tradit. Sed hæc de omnibus humanæ fabricæ ossibus sint satis: & nunc ungues ac cartilagine, quæ adhuc reliquæ sunt, recenseamus. si modò omnia, quæ corpus firmant, & suffulciunt, sustinent^q, hoc libro, uti institutū fuit, absoluenda ueniunt.

DE VNGVIBVS. CAPVT XXXIII.



HIS duabus figuris unguem ita expressimus, quemadmodum conspici solet, quum à manu ad sceleti præparationem cocta, aut pede, diuelli consuevit. Ac dextra quidem figura characteribus insignita, internã unguis regionem, seu cauum ipsius denotat, altera interim unguis gibbum ostendente. Quin & A hîc unguis sedes indicatur, ante consec-

onem apprens. B uerò sedes insignitur, quæ mollis est, nullibi^q detegitur, ac ueluti radix unguis censenda uenit.



AN VVM pedum^q digiti unguibus ideo à summo rerum Opifice decorantur, ut ipsis firmamenti uice apponerentur. Digni enim suis partibus carnis, quibus in extremo donantur, mollia duntaxat corpora apprehendunt. Dura autem, & propter hoc carnis naturam pellentia, uolenter^q à se cogētia, digiti sine unguium adminiculo nequeunt amplecti. Ipsorum enim caro, quam postea duriusculam quandam adipem cuti substratam esse docebimus, tunc reflectitur subuertitur^q, & ob id firmamento indiget. Quinetiam pleraque deinde commoda ex unguibus, si neque summitatibus digitorum superiores, neque ipsidem inferiores sint, homini accedunt: quemadmodum si radere quid, aut scalpere, aut uellicare, aut excoriare, aut euellere oporteat. Cæterum summus rerum Opifex iustissime unguium (qui & munimenta uulnerantium conquassantium^q censentur) duritiem effinxit. Si enim duriores quàm nunc sunt, instar ossis cuiusdam procrearentur, ita quidem ad apprehendendum magis essent idonei, ut qui ne minimū reflecti reclinari^q possent, at rumperentur promptissimè, non secus quàm alia quæ dura fragili^q constant temperie. Itaq; securitati simul & robori rerum Opifex prouidens, illos mediocriter duos extruxit, ut neq; usui cuius gratia creati sunt, quicquam in commodaret, neque ipsi quum sua mollitie extrinsecus inciden-

Cur digiti unguibus donentur.

Vnguium naturam esse iustam.


*Vnguuii ne-
xus.*

*Li. 2 de Admi-
nist. dissect.*

tium uim cartilaginum ritu facile exoluunt, leui quaq; occasione afficiantur. Ob eandem hanc causam gibba constant superficie, quod hac figura iniurijs resistendis melius cōparentur. Quò minus uerò suspensi uacillent, ligamento quodam extremi digitorum ossis radici, eorum superiori termino colligantur. Quoniam autem carni cutiq; illos connasci operaprecium fuit, hæc extrinsecus uniuersæ radici circū datur, illa interius usquequaq; subnascitur. In radicem ipsam, non modò arteriam uenamq;, sed etiam neruum porrigi Galenus attestatur, atque ungues ex his sensum, uitam & alimentum aliarum partium modo assumere scribit. Scio quidem non solum duos^a neruulos ad unguem usque radicem ferri, sed eosdem cum^b uenis sub unguibus quoq; ad digiti extremum reperere. ungues autem interim sensus omnis expertes esse arbitror. Ac proinde non leuiter illorum, qui ungues ex ossis, nerui, cutis (quidam & carnis addunt) concretione gigni censent, sententiæ accedo. Quòd uerò uenæ, arteriæ & nerui, quemadmodum in hortis alueoli, in unguibus non dispensentur, uel hinc constat, quod pilorum modo ab radice procedentes augeantur. Satius enim erat, & hos pilorum ritu semper renouari, atque quum indies atterantur, nunquam non incrementū admittere, quod potius in longum quam latum & profundum assumunt.

*a manus 2
figure cap.
12 lib. 4.
b manus 1
figure cap.
6 lib. 3.*

DE PALPEBRARVM CARTILAGI-
nibus. Caput XXXV.



HAC figura superioris inferiorisq; palpebræ cartilagine a reliquis partibus liberam delineauimus, ac ipsam, quum alioquin sit nota, nullis characteribus insigniuimus.



TRIQUE palpebræ, tam inferiori quam superiori, una contigit cartilago, utcunq; mollis & longa, in palpebrarumq; extremo quâ illæ inuicem conuiuent, locata & inter cutem & membranulâ palpebras intus succingentem reposita. Huic cartilagini palpebrarum pili (quos cilia uocant) infiguntur, in illaq; tanquam in durius quoddâ solum inserti eriguntur. Ideo enim cartilagine hæ (quas ab illa pilorum serie, remorumq; in longis nauibus, seu, ut uocant, galeris, similitudine *πυγώδης* uocamus) potissimum creantur, ut pilos illos erectos, neq; cæterorum pilorū modo flaccidos dependentesq; contineant, dein etiam creantur, ut^a musculorum palpebras mouentium implantationi subseruiant, quemadmodum opportunè in secundo libro eorum musculorum naturam explicantes docebimus.

*a fi. cap. 10
li. 2 A, B, C,
D, e. ac 3
muscul. ta-
bul. C, D.*

DE AVRIS CARTILAGINE.
Caput XXXVI.

QUONIAM auris cartilago cuti illi obducta exquisitè libera, auris ipsius formam, ablata eius pinnula, exprimit, abs re esset hic aurem nulli non obuiam delineare.



UIS potissimum auris in excipiendis aëris conuolutionibus gyrisq; usus censeatur, quibusq; nominibus auris sedes donetur, in auditus organi constructionis sermone libro septimo exequendum est. hinc autem obiter auris recensenda uenit cartilago, quæ auris formam referens in hoc formatur, ut cute uestita auris corpus instar uanni cōstituat, idemq; commodè sustineat, & erectum seruet. Est autem hæc cartilago mollis & tenuis, tanto semper à capitis osse uersus auris extrema mollior euadēs, quāto auris orbiculo propius accedit, & quo minus sustinere aliquid debet. Ac proinde etiam in auris pinnula huius cartilaginis nulla exporrigitur portio, quòd scilicet hanc propendentem, neque erigi neque suffulciri oporteat. Porrò ad temporis os hæc cartilago durior sentitur, & ut firmiori radice hereat, crassior. Enascitur enim ex orbiculo^a foraminis auditus meatui in temporis osse cælati, cuius circumferentia ideo exasperatur, ut promptius auris cartilaginē educat. Quamobrem uerò Natura ex huiusmodi cartilagine aurem constituerit, & non duriores aliquam osseamq; cartilaginem, aut uerum os ipsi indiderit, in secundo præsentis libri Capite executus sum, quum Naturam tanta prouidentia cartilaginis temperiem finxisse dicerem, ut hæc ossis modo sustineat quidem commodè: & interim adeò mollis sit, ut occurantium impetu non rumpatur, sed cedendo leuiter eum exoluat, atque ita extremas partes iniurijs ferendis pertinaciores, quàm si osseæ essent, reddat.

*a 2 fig. cap.
12 4.*

QUANQVAM nasi cartilagine tactu ante sectionem debite dignoscantur, nibilo minus tamen, quartæ musculorum tabulæ nasus has literis K & L utcunq; proponit.



ERVVM opificem terminum extremumq; nasi cartilaginibus eadem ratione extruxisse, qua auris cartilagine paulo ante procreatâ diximus, quadrupedum nasi extremum ferè comprobatur, quod minori amplitudine, quàm hominis nasi terminus cartilagineus existit: qui etiam extra reliquam faciei superficiem magis, quàm quadrupedum nasus prominet. Ab inferiori itaq; nasi ossium^a sede, qua hæc aspera & latiora, quàm superiori^b sede sunt, duæ enascuntur cartilagine, quæ deorsum in anteriora exporrectæ, inuicemq; cõiunctæ sensim molliores euadunt, ac in nasi extremo ueluti in cartilagineum ligamentum degenerantes, totam anteriorem nasi regionem constituunt, quæ à nasi ossium inferiori sede ad nasi terminum apicemq; pertinet. Ab osseo autem^c septo narium foraminis dirimente, quod octauum Capitis^d ossis partem esse supra cõmemorauimus, alia enascitur cartilago, mollis quoq; ac ligamenti naturæ compos, quæ à tota anteriori septi illius sede antrorsum procedens, internæ duarum primarum cartilagineum regioni secundum ipsarum longitudinem adnascitur. Hæc pari ratione in ea nasi parte, quæ ueluti ex faciei planicie porrigitur, nasi foramina interdiuidit, quemadmodum ossium illud septum ipsa^e foramina inibi disiungit, quæ super palati regionem, à naso ad fauces usq; ducuntur. His tribus nasi cartilaginibus alia duæ, utrinq; nimirum singulæ accedunt, quæ magis adhuc alijs cartilaginibus ligamentorum naturæ participant, & orbiculatim singulæ unum nasi foramen constituunt. Cartilagine hæ internis suis lateribus inuicem colligantur, & aliarum nasi cartilagineum extrema integunt, solæq; motu donantur uoluntario, cuius ope sursum deorsumq;, & introrsum extrorsumq; uellunt, proprijs in hoc donatæ musculis. Harum cartilagineum latiores mollioresq; partes in nasi lateribus consistunt, ac nasi alæ nuncupantur, quod quasi alarum modo nares occludant, referentq;, ita homini inter respirandum insignem usum præbentes. At quum hæc nasi cartilagine uel solo tactu cognosci possint, nõ est quod prolixius earum naturam exequar: utcunq; etiã uel solius Gallici morbi nomine (qui has crebro infestat) ipsarum structuram medicis nõ oscitanter expendendam duxerim.

a fig. cap. 9. ab fad e. b eadem fi. à Z ad X. c eiusdem figur. O. d 8 fi. ca. 6. A. B. A.


e fig. cap. 12 o. o.

f muscul. ta. F. 4 tab. K.


DE ASPERÆ ARTERIÆ CARTILAGINIBVS, ac quid Græcis in hac γλωσσίς & ἀργλωσσίς nuncupetur.
Caput XXXVIII.



PRIMA TRIGESIMI OCTAUI Capitis figura totius asperæ arteriæ ab omnibus partibus liberæ anteriorem faciem exprimens.



SECUNDA FIGURA, Asperæ arteriæ caudicis posterior facies delineatur. ab re enim fuisset, & huic figuræ, quemadmodum primæ, ramorum in pulmonem substantiam pertinentium seriem appingere, quum illam prima figura abundè oculis subiiciat.



N 4 TER.

TERTIA.


IIII.

V.

VI.

VII.


VIII.



IX.



X.



XI.



XII.




XIII.



XIIII.

XV.



TREDECIM QVAE SERIATIM HIC PROPVNTVR
figurarum, & earundem characterum Index.

HARVM figurarum prima, quae tertia inscribitur, primam laryngis cartilaginem, quae quia scutum refert, scutiformem quoque uocabimus, ex dextro latere expressam ostendit. Figura autem quae Quarta ordine est, eiusdem cartilaginis internam seu posteriorem faciem proponit. Quinta, eadem cartilago externa seu anteriori facie delineatur. Sexta, secundae laryngis cartilaginis anteriorem commonstrat faciem. Septima secundam laryngis cartilaginem ex dextro latere expressam continet. Octaua secundam laryngis cartilaginem posteriori ex facie depictam offert. Nona laryngis tertia cartilago ex dextro latere delineatur. Decima, tertiae cartilaginis anterior sedes occurrit. Undecima, eandem cartilaginem posteriori facie oculis subijcit. Duodecima, laryngis operculi inferiorem sedem ostendit, quae id laryngis amplitudinem spectat. Decimatertia superiorem laryngis operculi sedem continet, quae palatum respicit. Decimaquarta, unam asperae arteriae trunci cartilaginem C modo extructam anteriori externaue facie uidentem obijcit. Decimaquinta, eandem cartilaginem posteriori facie proponit, quae internam asperae arteriae amplitudinem spectat.

- A, B* 3, 4, 5 Duo elatiores scutiformis cartilaginis processus.
C, D 3, 4, 5 Duo humiliores eiusdem cartilaginis processus.
E, F in 8, in 7 uero duntaxat *E*. Secundae cartilaginis sedes, quibus inferioris scutiformis cartilaginis processus coalescunt.
G, H 3, 4, 5 Hac sede scutiformis cartilago arctissima breuissimaque uisitur, subinde lineam ostendens quae dextram cartilaginis partem a sinistra instar duarum cartilaginum dirimit.
I 6, 7 His sedibus secundae cartilaginis regio spectatur, laryngis internam amplitudinem respiciens. Reliquis autem sedibus, quae his tribus figuris conspiciuntur, exteriorem laryngis regionem seu amplitudinem constituit.
K, L 6, 7 Inferior secundae cartilaginis sedes, perfectum efformans circulum. ac *K* quidem huius partis anteriorem notat regionem, quae tactu sub scutiformi cartilagine percipi potest. *L* uero posteriorem inferioris huius sedis regionem indicat, deorsum processus instar eductam, ac in octaua etiam figura *L* insignitam.
M 7, 8 Linea spinae modo in posteriori secundae cartilaginis sede protuberans.
N, O 8 Sinus in posteriori secundae cartilaginis sede, ad lineam illius *M* notatae latera incisi.
P, Q 6, 7, 8 Duo secundae cartilaginis tubercula, seu capita, sinus tertiae cartilaginis subeuntia.
R, S 9, 10, 11 Duae tertiae cartilaginis partes.
T 9, 10, 11 Haec tertiae cartilaginis regio uacua est, ac duntaxat membraneis ligamentis tunicisque laryngis occupatur.
V, X 9, 10, 11 Tertiae cartilaginis sedes, quibus secundae cartilagini articulatur.
Y, Y 9, 10 Tertiae cartilaginis processus, qui lingulam laryngis efformant.
Z 9, 10, 11 Tertiae cartilaginis regio, illi ollarum uasorum ue parti assimilata, qua manus lauaturis aquam affundimus.
a 12, 13 Laryngis operculi basis, quae scutum imitanti laryngis cartilagini continuatur.

612,13 *Apex, seu in posteriora introrsumq; uersus dorsum maxime procedens laryngis operculi regio. Præter quindecim figuras modo explicatas, huc comprimis faciunt figuræ Capiti uigesimo primo libri secundi præponendæ, quibus laryngis musculi explicabuntur. inter cæteras autē, illas opportunè non minus quàm si hic locarentur inspicias, quæ illarū figurarum tres postremæ habentur, quibus laryngis lingulæ seu rimæ imago, quàm fieri potuit accuratissimè, delineatur.*



ICET sextus liber cordi respirationisq; organis dedicandus, asperæ arteriæ naturâ diffuse pertractabit, in præsentia tamen ipsius cartilagine explicandæ ueniunt, ut omnes, quibus corpus sustinetur, partes, hoc libro absoluamus, ac ne quicquam osseum cartilagineumq; hîc nō expressum, à musculorum enarratione in sequenti libro nos remoretur. In sexto igitur libro docebimus, asperam arteriam à faucibus in thoracis amplitudinem deduci, & multiplici ramorum sobole in pulmones diffundi, ut

Vbi asperæ arteriæ natura pertractabitur.

aërem illis reddat, & eundem rursus educat. Neq; solum hanc respirationis instrumentum ponemus, uerùm etiam principalissimum uocis esse organum attestabimur, exactè ipsius substantiæ naturam sermone tunc pertractaturi. Constat enim partim cartilaginibus, partim membranis uinculis, simplicibusq; membranis seu tunicis, ac demum musculis ipsius capiti peculiaribus. Ac caput quidem hoc asperæ arteriæ (quod laryngem potius quàm guttur mihi appellandum putauerim) primùm tribus constituitur cartilaginibus. quarum^b prima maxima amplissimaq; & anterior est, foris quidem gibba, intus autē lima, scuto quodammodo similis, non rotundo, sed prælongo, quali ueteres in prælijs usos, & Turcarum aliquot adhuc, in nauibus præsertim, uti cernimus. Atq; hanc ob causam dissectionū periti eam *βυρσοειδῆ*, uulgo autem scutalem & peltalem appellarunt. ac proinde nos quoque illam scutiformem, aut cartilagineam scuto similem in sermonis contextu perpetuò uocabimus: nisi etiam hanc primam cartilagineam appellare uisum fuerit. Ista in homine superiori sede amplior quàm inferiori conspicitur, secus multo quàm in bobus & porcis, quibus inferiori sede latior, superiori autem multo strictior est, minusq; in acutum quàm hominis larynx, antrorsum exporrigitur. Quòd tamen ad imaginis speciem spectat, hominis cartilago superiori & inferiori sede sibi respondet.

PRIMA LARYNGIS CARTILAGO.

Suprà enim^d infraq; ex suis lateribus binos educit processus, utrinq; singulos. ac horum quidem duo superiores procerius inferioribus educti, membranis uinculis ossis u referentis humilioribus^e lateribus^f alligantur. Inferiores autē scutiformis cartilaginei processus, lateribus secundæ cartilaginei uersus posteriorem ipsius sedem uniuntur, coalescuntq;. Scutiformis hæc cartilago uiris quàm mulieribus antrorsum magis prominet, tactuiq; magis exponitur: & subinde gemina, idq; potissimū in uiris obseruat. In ipsius enim^h medio, ubi cartilago hominis breuissima est, maximeq; antrorsum extuberat, secundum suam longitudinē crebrò linea ducitur, quæ ad amussim à membranulis emundata, duas cartilaginei partes mutuò commissas etiam ante sectionem fuisse arguit. Atque id sanè hominibus peculiare obtigit. Boum enim cartilago simplex est, & plurimum ab hominis cartilagine forma uariat: quam sedulo ab architectis spectari uelim. mirū nanque est, quàm boum scutiformis cartilago propugnaculi formæ accedat, quamq; affabre id speculatoribus in ipsius elatiori sede (ob priuatos ipsi incisos sinus) accommodum sit, & quàm aptè bombardarum ictibus retorquendis comparatum. haud secus profectò, quàm si machina quæpiam esset portatilis, quæ duobus processibus suis humilioribus tanquã duobus palis terræ infigi, ac exercitui præponi possit. Secūda cartilago minor prima, maiorq; tertia est, ac maxima sui portione in posterioribus laryngis sedibus reponit, quæ cibi^k uia (quam stomachum cum Græcis uocabimus) deorsum à faucibus fertur. Quantum enim scutiformis cartilago à perfectâ circuli figura deficit, hoc ipsa superiori posterioriq; eius parte supplet. Ima enim ipsius^l sede perfectum conficit circum, cuius anteriorem partem sub scutiformis cartilaginei radice, tactu in antica laryngis sede percipimus. Interna huius cartilaginei^m amplitudo exactè leuis est, posterior autem ipsius sedes stomachum spectans, longa extuberatⁿ linea, secundum cartilaginei longitudinem, quasi spinæ modo exporrecta. Hæc duos huius cartilaginei^o sinus dirimit, in quibus duo figuntur^p musculi, recto ductu à secunda cartilagine in tertiã inserti. Superior huius cartilaginei sedes, qua posteriorem laryngis regionem efformat, in duo definit^q tubercula oblonga, & utrinque singula, quæ tertiæ cartilaginei^r sinibus inarticulari mox audies. Secunda autem hæc cartilago primæ ad eum modum committitur, quem suprà exposui, quando humiliores primæ cartilaginei processus ipsi connasci dicebam. Ut uerò firmior eorum processuum fieret connexus, secunda cartilago inibi, qua processus ipsi coalescunt, modicè^s extuberat, crassiorq; est, & in hac protuberante parte sinus uisitur,

SECUNDA LARYNGIS CARTILAGO.

qui

atota 1 et 2
fi. de in fig.
ca. 9 lib. 4
H, I, K, L,
M, N.

b tota 3, 4,
5 fig. & fi.
gurarū ca.
40 lib. 2, 3
& h.

c 3, 4, 5 fig.
A, B.

d eorundem
fi. C, D.

e 12 fi. cap.
13, E, F.

f 23 fig. ca.
21 lib. 2 C.

g 8 fig. E, F.
& 7 fig. E.

h 1, 2, 3 fig. 4.
G, H.

i tota 6, 7,
8 fig. & fi.
gurarū ca.

21 lib. 2 de
in 4.

k 2, 3, 5 fig.
cap. 21 lib.

2 H. & 14,
15 lib. 5 fi.

gur. A, B, C,
D.

l 6, 7 fig. K,
L.

m 6 fig. 4. I.

n 8 fi. L, M.

7 fig. N.

o 8 fi. N, O.

p 6, 7 fi. ca.
21 lib. 2 P.

q 6, 7, 8 fi.
P, Q.

r 10 figur.
V, X.

18 fig. E, F.



TERTIA lar-
yngis carti-
lago.

LARYNGIS
operculum.

Laryngis lin-
gula, seu rima
et præcipuum
uocis organum.

qui primæ cartilaginis processum ualidissimè excipit. Inferior cartilaginis secundæ pars, ubi laryngis posteriora constituit, non nihil tenuis uisitur, deorsum magis, quam reliqua ipsius inferioris partis sedes, porrecta. id quod, ut musculi ex remotiori sede initiū ducerent, qui rectè per cartilaginis secundæ longitudinem expansi, tertiæ cartilagini inseruntur. Huic cartilagini nullum nomen inditū est, ac iccirco peculiari nomine nobis Innominata nuncupabitur. Si tamen quis sedulo eius effigiem inspexerit, atque alicuius rei formæ illam conferre, tandemque hinc ipsi nomen indere uoluerit, haud aliud illi conformius adinueniet, illo Turcarū anulo, quem sagittantes dextro pollicis imponunt, ut eius anuli beneficio arcus neruum robustius trahant. Is enim anulus illa parte, qua pollicis interiora respicit, anteriori secundæ cartilaginis sedi similis uisitur: qua uero externam pollicis sedem tegit, posteriori secundæ cartilaginis regioni utcunque conuenit: quemadmodum ex hac anuli effigie, quem margini adhibeo, est cernere. * Tertiam laryngis cartilaginem Græci ἀρύταιων & ἀρύταινοδόν uocarūt, quod quum integra adhuc est, & membrana tunica ue asperam arteriam intus succingente adhuc obducitur, illi ollarum parti simillima sit, qua aquam manus lauaturis affundimus. Illi nanque ollarū oris sedi aptius congruit, quam ligneis illis conchis, quibus nautas sentinam exhaurire, ac olitores irrigare hortos conspiciamus. siquidem & eiusmodi situlis seu uasculis Græci hanc cartilaginem contulisse uidentur, non quidem toti uasi, sed ipsius mucroni. Vt cunque sit, tertiam laryngis cartilaginem unicam simplicemque omnes dissectionum professores describere, quum interim membranis suis liberata, sit gemina: & duabus constituatur cartilaginibus, ligamentorum duntaxat beneficio & laryngem succingentis membranæ, inuicem admodum laxè commissis. Ac harum una quidem dextro secundæ cartilaginis lateri, altera uero sinistro innititur, sinum laeuem & altè satis cælatum obtinens, quo secundæ cartilaginis tuberculum excipit. itaque articulatur, ut ad internam laryngis amplitudinem, ac rursus extra illam moueri possit, hæcque cæteris laryngis cartilaginibus maximè mobilis existat. Vtriusque cartilaginis basis ampla est, & anteriori sede in longum processum finit, in interiora laryngis exporrectum. Superiores uero harum cartilaginum partes sensim à basi inuicem dehiscētes, ac dein tenuiores mollioresque, & adiposæ redditæ, mutuò uniuertuntur, & dextræ cartilaginis superior pars sinistra cartilaginis parti coniuncta, eam laryngis sedem extruit, quæ illi uasorum parti congruit, qua aquam manibus affundi supra commemorauimus. Atque hæc quidem laryngis sedes adeò mollis flexilisque est, ut uocamentibus in internam laryngis amplitudinem antrorsum reclinetur, asperamque arteriam adeò exquisitè integat, ut ne minimum quidem ex uomitu arteriæ ipsi illabatur. Cæterum & si tertia hæc cartilago gemina sit, duabusque cartilaginibus extruatur, ob id tamen eam duarum cartilaginum loco non enumerabimus: sed unius tantum aliorum Anatomicorum more nobis habebitur, tertiaque nuncupabitur, quò minus illorum placita qui cartilagine numerarūt potius, quam descripserunt, plus æquo turbare uidear. His tribus igitur laryngis cartilaginibus, alia quædam mollis, & substantia tertiæ cartilaginis superiori parti prorsus similis, accedit, quæ laryngis perelegans efficitur operculum, accuratè prohibens, ne quid cibi aut potus in laryngem defluat. Enascitur autem hoc laryngis operculum ampla & antrorsum curuata basi, ab interiori scutiformis regione iuxta partem ipsius elatiorem, hinc introrsum procedens, trianguli imaginem exprimit, cuius basim operculi à scutiformi cartilagine exortus, aut ipsius cum ea cartilagine cōnexus efformat. Trianguli uero uertex, ea pars est, quæ introrsum ueluti ad stomachi regionem producit. Corpus hoc quæ palatum respicit, gibbum est ac mollius: quæ autē laryngi innititur, cauum simumque, ac multo quam superiori parte durius. In extremo autem ipsius, quo stomachum spectat, insigniter molle est, pinguique obductum membrana ligamenti quodammodo naturam refert, quæ uero scutiformi committitur cartilagini, etiam multa abundat adipe, neque inibi adeò durum atque in sui medio cernitur. Plerique corpus hoc præcipuum uocis organum esse putarunt, id temerè γλωττίδα & ἐπιγλωττίδα uocitantes: quum tamen hæc nomina penitus pugnantes, diuersasque prorsus partes, ueteribus illis Anatomis professoribus significauerint. γλωττίς enim laryngis rimam indicat, quam duo tertiæ cartilaginis processus in media laryngis amplitudine pingui membrana obducti constituunt, & quam præcipuum uocis organum esse in quinto libro demonstrabimus. Illi nanque eiusmodi rimam γλωττίδα seu lingulam uocarūt, ab ea lingularum similitudine, quam ex duabus arundinū laminis inuicem compactis tibijs accommodari uidemus. Cæterum ἐπιγλωττίς nuncupatur laryngis operculum, dictæ nuper laryngis lingulæ impositū, & ne quid inter edendum in eam decidat cauens. Quod uero id nostri seculi medicos lateat, non ipsi tantum in causa sunt, nihil præter autorum sensa, citra omnem sectionis usum, sectantes: uerum & Celsus etiam hæc perperam (uti sanè quæ ad Anatomem spectant permulta) intelligens, illud laryngis operculum lingulam appellauit,

t. 6, 7, 8, 9, 10, 11

u. 6, 7, 8, 9, 10, 11

x. tota 9, 10, 11 fig. figurarum ca. 21 li. 2 l.

y. 9, 10, 11 fig. R, S. z. 6, 7, 8 fig. Q, P. a. 10, 11 fig. V, X.

b. 9, 10 fig. Y.

c. 9, 10, 11 fig. Z. d. 10, 11 fig. T.

e. 3, 9, 10, 11 fig. cap. 21 lib. 2 l.

f. tota 12, 13 fig. 3, 4, 5, 6, 11 fig. cap. 21 lib. 2 l. g. 12, 13 fig. h. carum fig. b.

i. 11 fig. cap. 21 lib. 2 c. de in 12, 13 fig. d. k. 9, 10 fig. Y, X. l. Confer l. cum c. fi. 11 cap. 21 li. 2.

lauit, non expendens id Græcis ἐπιλωπίδα fuisse appellatum, quòd illi laryngis rimæ, quam lingulæ fistularum assimilamus, incumbit: aut ignorans aliam in larynge præter operculum illud, sedem partem ue esse, quam lingulæ conferri possimus, nam operculum hoc etiam humanæ linguæ imagini satis accedit. Quinetiã Celsi errore Theodorus Gaza delusus, in Aristotele ἐπιλωπίδα lingulã uertit, quum interim Aristoteles laryngis intelligat operculũ: non autẽ eam partem, seu sedem, quam ueteres lingulam uocarunt, & quæ principalissimũ uocis instrumentum meritò censetur. Vt modo prætereã, quoties apud Galenum, tum Interpretũ, tum etiam Græci exemplaris scriptorum uitiõ, γλωπίς pro ἐπιλωπίς, ac rursus diuerso ordine, legatur. Verum hæc latius suo loco exequar. hinc nanque tantum de laryngis cartilaginibus sermonem instituisse sat fuit, quanto ad musculorum in secundo libro tractationem indigemus. Ac proinde etiam reliquas asperæ arteriæ^m cartilagine, quæ C nostri formæ magna ex parte conueniunt, unã cum omnibus quæ ad asperam arteriam pertinent, in sexto libro prosequar. Nunc autem tempestiuũ erit, rationem ac modum subiicere, quo ossa & cartilagine ad disciplinam parentur, aut per Anatomem discantur, ad eam uidelicet methodum, qua semper post partium descriptionem, illarum secandi artificium (prout id suo loco aptius fieri putauero) subiiciam.

Lib. 3 de Partibus animalium, cap. 3.

Præcipue in 8. Lib. de V. su part.

Reliquæ cartilagine asperæ arteriæ C similes.

m tota 14, figur.

QVO ARTIFICIO HVMANI CORPORIS ossa & cartilagine inspectioni præparentur.
Caput XXXIX.



ONSVEVERUNT medici Hippocraticæ arti dignè incumbentes, neque ad solos syropos scribendos, hominibusq; imponendum nati, non mediocri labore ossa, quæ ad disciplinam asseruantur, extruere, siue ea inuicem iuncta, siue singula separatim erant inspecturi. Solent enim suspensum, uel aliàs mortuũ cadauer, magna ex parte primũ carnibus liberare, & uiscera nullo soluto corporis articulo, exsecare. Postea oblongæ arcæ ita dissectum corpus immittebant, uniuersam arcam calce opplentes, ac nonnihil aquæ dein aspergentes. Deinceps ubi arcam ad hunc modum octiduo obseruassent, eam undique angustis foraminibus perforatam, rapido illigabant fluuio, ut calx unã cum marcescentibus iam carniũ reliquijs temporis successu deflueret, ac undique ab ossibus abscederet. Post dies aliquot, exemptum cadauer passim cultrorum beneficio emundabatur, mente adhibita, ne aliquis ossium connexus in eo opere dissolueretur, ligamentaq; ossa colligantia (quorum interuentu hærent) integra custodirentur, ac demum omnia præter ossium articulos niterent. Emundatum cadauer, eo situ quo id aut sedens, aut erectum, hacq; aut illa forma compositum spectari uolebant, soli exponebatur, ut ligamenta solis æstu resiccata, ossiũ articulos in eo positu continerent. Verum hæc præparandi ratio præterquã quòd molesta, sordida, ac difficilis est, nullos ferè ossium ostendit processus, appendices, capita, sinus, & eius generis reliqua in ossibus præcipuo studio spectanda: quòd scilicet hæc omnia insigniter nigricantibus ligamentis adhuc obducantur. adeò sanè, ut hic ossium mundandi modus ad doctrinam penè nihil accommodet. Quemadmodum neque ridicula musculorum, tendinum, ligamentorum, neruorum, uenarum & arteriarum uidendi ratio (qua hætenus medicinæ candidi nostræ artis professores imposuerunt) quicquam commodi adfert, sed duntaxat studiosorum animos cohibet, ne eorum, quæ iam dicebam, organorũ demonstrationem à Rabinis illis expetant. Hi nanq; asseriebant, illa solum è corporibus in aquarũ gurgitibus (si dijs placet) emaciatas, non autem è nuper mortuis discenda esse, quasi uerò quicquam eruditione dignum, in corporibus ad eum modum adaptatis, prorsusq; hac ratione corruptis disci possit, & non hæc omnia in homine nuper mortuo melius multo à nobis ostenderentur, quã ipsi iecoris, aut intestinorum, aut cordis superficiem studiosis commonstrare solent: quamuis illam quoq; fatis ineptè proponebãt, interim à cæteris corporis partibus abstinentes. Cæterum quònam pacto aliæ corporis particule sint aggrediendæ, suis locis affatim prosequemur: ossa autem, ut modò subiiciã, leui negotio adaptabis, si discendi saltem cupidus, & quod in dissectionum studioso Galenus imprimis requirit, laborum patiens ac industrius fueris. Alicunde itaque nactus cadauer, qualecunq; id sit (quamuis tamen morbo emaciatum longe aptius censebis) uas unum carnibus, uisceribus & cuti reponendis, & sanguini admittendo, ad manũ esse curabis, unã cum magno grandiq; lebetæ, cuiusmodi illi sunt quibus lixiuium mulieres igni adhibent. is nanque coquendis ossibus est aptissimus. Huic igitur ossa iniicientur. Præterea & ampla papyrus in asserere distendetur, ut huic asseri cartilagine nõ elixandæ applicari, seriatimq; imponi possint.

Ossium in calce maccyandorum, ac dein in flumine emundandorum ratio.

Ossium per coctionem præparandi modus. Tum alibi sepius, tum maxime lib. 3 de Administr. dissect.

possint. Mox acutiori cultro orbiculatim per frontem & tempora & occipitium, sectionem tentabis, ad caluariam usque penetrantem. Ad huius deinceps sectionis orbiculum, ferra caluariam diuides, parum sollicitus, etiam si cerebrum uities, aut paulo humiliter elatius ue caluariam diuidas. quandoquidem nunc duntaxat ossa ac cartilaginee intueri seruareque propositum est. ² Dissecta igitur caluaria, cerebrum solis manibus ex ipsa euulsum, uasi iniiciendum est, ac caluariæ pars à reliquo capite adempta, cacabo indetur, liberata tamen prius ab illa uerticis cute. Iam utranque aurem proximè à temporum ossè absectam, seorsum in asserem, cui cartilaginee adhibentur, collocato, unà cum palpebris & nasi extremo, quod cartilaginibus constat, quæ uicinissimè ab illis quibus committuntur ossibus simul cum cute sunt rescandæ. Deinceps maxillam inferiorem à suis cum capitis ossibus connexu liberabis, ac cartilaginee, quas priuatim in ipsius cum capite articulis haberi diximus, cultellulo à ligamenti articulum continentibus dissecabis, eas chartæ illi cui promptè hærebunt seriatim applicans. Quando inferiorem maxillam adimis, & eam obiter cute & lingua (relictis si uoles musculorum applantationibus) liberabis, ac tandem in cacabum reijcis, cauendū est, ne os u referens aut laryngem corrumpas, sed integram laryngem cum eo ossè, & lingua, & stomachi asperæque arteriæ portione simul è faucibus auferas, ac asseri illi non aliter emundatā cum auribus imponas. Iam à pectoris ossis mucrone ad pubem usque sectionē molieris, ad omentum usque penetrantē, cui deinceps aliam sectionem, quæ transuersim à dextro ilio ad sinistrum pertingat, adiunges, & absque delectu omnia quæ peritonæo continentur, laniorū more euelles, ea uasi iniiciens. Abdominis cutem unà cum musculis obiter ab ossibus dissecabis, & sanguinē spongijs excipiens, eum in uas exprimes. modò à iugulo ad pectoris ossis usque mucronem, adeò profundam duces sectionem, ut illa ad pectoris usque os penetrante, simul cum cute musculos thoraci instratos, à costarum ossibus, earundemque cartilaginibus, adimere possis, & simul clauiculae nudæ, carnibusque liberæ appareant. Quippe hæ acutiori cultello à pectoris ossè ueniunt liberandæ, & cartilaginee his articulis propriæ (quemadmodum inferioris maxillæ cartilaginee aggressus es) accuratè sunt adimendæ, & dein chartæ seriatim adhibendæ. Pectoris os unà cum costarum cartilaginibus studiose à costarum ossibus liberabitur, sectionibus acutiori & non admodum crasso cultro per cartilaginee inibi ductis, ubi costarum ossa in has degenerant. Atque id promptè obitur, si modo memoria non exciderit, primæ costæ cartilaginee à pectoris ossis medio magis in latus quam secundæ costæ cartilaginee ferri. Neque tantum cartilaginee pectoris ossi coarctatæ à costis sunt dirimendæ, uerum etiam omnes spuriarum cartilaginee, quæ uel intercostalium musculorum interuentu superioribus cartilaginibus hærebunt. Disiunctis hunc in modum cartilaginibus, pectoris os à iugulo attolles, & id uenis & arterijs à iugulo ad illud porrectis & membranis quoque liberabis, quæ thoracis amplitudinem intersepiunt. Postremò cartilaginee à septo transuerso rescabis, & ipsas simul cum pectoris ossè non aliter mundatas, in chartam repones, dein scapulas unà cum clauiculis à thorace dissecaturus. Iam longa sectione in altera manu à summo humero per brachium & cubitum ad pollicem usque ducta, scapulam, humerum, cubitum, & extremam manum cute & carnibus enudabis, non admodum anxius, etiam si aliqua tendinum carnisque portio ossibus adhuc appensa relinquatur. Adeò ut etiam suffecerit, relicta summe manus cute, illam aliquot sectionibus hinc atque illic scindere, quo postea leuiori negotio manus elixetur. Modò clauicula à summo humero secabitur, mente adhibita, num præter scapulæ processum, quem summū humerum appellamus, & clauiculā, inibi aliud tertium os occurrat. Hoc ubi præstiteris, ac peculiarem eius articuli cartilaginee chartæ adhibueris, clauiculam in cacabum coniicies, scapulamque ab humero, & deinde humerum à cubiti ossibus separabis: & cubitum cum extrema manu conexum seruans, simul omnia in cacabum quoque locabis. Priusquam tamen scapula cacabo indetur, opportunè feceris, si cartilaginee scapulæ sinum, quo humeri caput excipitur, aliquando augentem, à scapula diremeris, chartæque cum cæteris cartilaginibus applicueris. Atque id similiter in alterius lateris manu est præstandum, ac ilico ad thoracem denuò accedendum, ex quo primū pulmones cum corde & septo transuerso excabis: & priusquam cor in uas coniicias, cordis basim per transuersum à reliquo cordis corpore diuides: & deinde basim rursus à uasis, quæ ab ipsa prodeunt, sic auferes, ut ita uenæ arterialis & magnæ arteriæ orificia illæsa habeas, ac postmodum (si uisum fuerit) in cartilaginum numero illa seruaturus, chartæ applices. Vbi igitur reliqua quæ in thorace inueniuntur, in uas reieceris, cadauer in prouum uertes, & utcumque licebit, ceruicem reliquumque dorsum, unà cum tota thoracis amplitudine carnibus emundabis, studiose cauens ne costam aliquam (utpote fragilem) rumpas: aut nimium uicinè carnem dissecas, processum aliquem uities. Atque id adhuc magis cauendum est, quum iam singulas costas seorsum à uertebis thoracis liberaturus es. Etenim

resupi-

Ita diuides, ut septima fig. cap. 64 sexta si liberata cernitur. Verum non est ut tibi modo in ossibus cartilaginibus probe instituto, hoc Capite aliquid admittam.

resupinato cadauere, cultello acutiore costæ capitulū, à uertebrae corporis sinu uenit separandum, & deinde ligamentis sensim diuisis, à transuersis quoque uertebrae processibus costæ sunt adimendæ, obiterque emundatæ in cacabum mittendæ. Crura ad eum modum, quo manus aggressus es, attrahabis, femur uniuersum carnibus emundans, mox & tibiam, & pedem uniuersum. Quū tamen genu nudas, ex tendinibus anteriorē genu sedem occupantibus, patellam excabis, & in cacabum nō secus ac femur cōiicias ilico, atque id à coxædicis osse tibiaque liberaueris, & cartilagine resecueris, quæ tibiæ ossis sinus femoris capita excipientes augent. quippe & illas non inopportune chartæ agglutinabis, ac deinceps tibiæ os, unā cum fibula & pede, cacabo indes. Id ubi in utroque crure præstitum erit, & ossa sacri ossis lateribus coarctata aliquantulum repurgata fuerint, cartilaginea ligamenta uertebrae corpora intercedentia adamussim ueniunt excanda, & chartæ seriatim accommodanda. Ligamentis igitur, quæ uertebrae corporibus in superficie obducuntur, acutiore cultro adeptis, inter ossis sacri summum & cartilagineum ligamentum, os sacrum ac infimam lumborum uertebrae interueniens, sectionem tentabis, quæ ligamentum id, seu cartilagineum, ut Galeno uisum fuit, ab osse sacro diuidat. Rursus inter infimæ lumborum uertebrae corpus, & elatiorem dictæ nuper cartilagine regionem, eandem duces sectionem, hacque ratione integram auferes cartilagineum. quam ubi chartæ imposueris, sequentes tantisper excindes, dum ad secundam usque ceruicis uertebrae deuentum erit. Quū itaque uiginti tres cartilaginea ligamenta ue cartilaginea ad hunc modum chartæ applicaueris, dorsum in tres quatuor ue partes cautè & leniter disiungendum uenit, ne impetu id tentans, casu aliquem uertebrae processum confringas. Quare etiam cauendum est, ne primam uertebrae à capite negligentius liberare studeas. Licebit enim cum capite ceruicis uertebrae cacabo imponere, ut & thoracis uertebrae cum lumborum uertebrae, modò illas à sacro osse prius disiunxeris. Os sacrum autem, unā cum ossibus ipsi commissis (quæ ilium, coxædicis & pubis ossa constituunt) nihil prohibet cacabo indere, quum scilicet ilium ossa adhuc cruda à sacro difficulter & arduè separentur, & pubis ossium cartilago etiam tunc uitiatur: quam aliàs integrā asseruabis, si pubis ossa non dirempta cacabo inieceris. Ossibus adhuc modum cacabo immixtis, aqua is uniuersus implebitur, ut ossibus altè in aquam subsidentibus, nulla ossis pars emineat. Hoc enim imprimis toto coctionis tempore obseruandum est, ne os aliquod aqua non tegatur, multoque magis, ne id ex cacabo prominens fumum excipiat, cuius etiam occasione grandem cacabum esse conuenit. Vniuersæ coctioni nullum peculiare adhibetur artificium, sed, ut in cæteris elixationibus, spuma sedulo auferenda est, quo ius clarius reddas, ipsaque ossa minus sordida extrahas. Pari etiam ratione pinguedo omnis (quæ plurima supernatare solet) est haurienda, ac in uas aliquod uel uulgi nomine reponenda, quod illi in obliterandis cicatricibus, & neruis tendinibusque producendis multum tribuit. Coctioni nullum tempus præfinitur, quum id ex ætatum ratione plurimum uariet. Duabus enim aut tribus horis plusquam satis sit, puerulorum ossa coquuntur præcipue, quum in illis studendum sit, ne inter mundandum ossa, appendices decidant: quarum coalitus in prouectioris ætatis hominibus uix unquam, quantumuis coxeris, dissoluitur. Is itaque coctionis scopus est, ut ossa cultorum beneficio, uti inter edendum fit, aptè mundari queant. ut autem id facias opportunius, pedetentim nonnulla ossa inter elixandum forpice eximes, eaque solus purgabis: nisi fortasse studiosus adsit sodalis, qui unā manus operi adhibeat. Summoperè enim cauendum est, ne imperitior aliquis ossium supercilia, processus, capita & sinus radendo uitiat, aut alicunde cartilagineum læuem, & crustæ modo ossibus obductā imprudens auferat. hæc namque, quum carnem, ligamenta, tendines & membranas ossa ambientes adimis, præcipue seruanda uenit. Neque uerò officium id hac duntaxat ratione inepto alicui, & Anatomes parum studioso minus committi uelim, uerum ut, quum unumquodque os priuatim purgas, sinus ipsius & capita, & potissimum ligamentorum naturam, & tendinum insertionem, musculorumque exortum accuratè contempleris. Non enim facile dixerim, quantum cognitionis partium eo opere tibi paraturus sis. Quando igitur hunc in modum seriatim ossa ex bulliente iure extrahis, ac mundata terræ, aut sportulæ alicui imponis, non admodum anxie expendito, quodnam os prius tibi occurrat. Summam tamen manum cum cubiti ossibus extrahens sedulo obseruabis, ne uiolentius brachiale à cubiti ossibus seiungas, sed cultro articuli ligamenta sensim diuidens, brachiale à cubiti ossibus accuratè liberares. Idem facito in postbrachialis ossium à brachiali separatione. Id enim cauere uelim, ne brachialis ossa inuicem dirimas, unde etiā ilico atque id integrum à cubito, & pollicis primo osse, & postbrachiali disiunxeris, obiter duntaxat tendines ligamentaque ipsi obnata diuelles, id studens, ne ossa in interna externaque ipsorum superficie penitus ligamentis emundentur, ut ligamentorum beneficio brachialis ossa inuicem hæreant. Brachiali enim ita igni adhi-

adhibito ligamenta sensim resiccata, ipsius ossa firmiter continent, leuioriꝫ negotio in ossium connexu brachiale, cubiti & postbrachialis ossibus cōmittitur: nisi fortè in iungēdis ossibus peritior, brachialis ossa mutuò dirimere, ac ligamētis emūdare, postmodumꝫ æneis filis inuicem committere audeas, aut etiā disiuncta asseruare uelis. Mox ubi brachiale in eum modum igni apposueris, chartam assumes, cui postbrachialis & digitorum ossa, non prætermisissis sesaminis ossibus, exactè emundata imponas: quo minus hæc illi chartæ inuoluta, neque alterius manus ossibus confusa, in committendis ossibus negotium augeant. Conduxerit igitur, manuum pedumꝫ ossa separatim in quatuor chartas recludere. Priusquam tamen huius illiusue manus, aut pedis ossa chartæ implicas, antea semper indagandum est, num aliquod os nō mundatum superfit, ne quum putamina & ius abijciendum curas, unà aliquot ossa oscitāter simul auferenda porrigas. et si fortè unguem asseruare uisum sit, illum dum pedis manuumꝫ digitorū ossa expurgas, auelles. Nō minus enim humanos ungues, quàm auium & quadrupedum ungues, à pedibus calenti aquæ impositis, elixatione recedere conspiciamus. Porrò quum ulnam & radium emundas, cartilago non negligetur, quæ à radio profecta, magna ex parte ulnam à brachiali dirimit. Hæc nanꝫ ab ulna liberabitur, ut radio adhuc connata, in ossium connexu, rursus ulnam & brachiale intercedat. Quinetiam quando caput purgas, accuratissimè caueto, ne membranam, quæ auditus organi foramen succingit euellens, ossicula illa negligenter eximas, quæ eius organi constructionem subintrant. quippe illa stylo quopiam in foramen misso, sunt studiose euellenda, & pariter excutiēda. Hæc ossicula ad reliquā ossium colligationem, aliquò recondes, & uertebras omniū postremo è iure eximes, quemadmodū & sacrum os: nisi fortè post aliquam elixationem, coccyx os à sacro liberare lubeat, quòd scilicet huius ossicula, ob cartilaginea ligamenta, quæ ipsa connectunt, si diutius coquantur, ab inuicē seiungi soleant. Si tamen coccygis ossis præscindendi gratia, os sacrum exemeris, id denuò cacabo est immittendum, coccyxꝫ os priuatim in chartam reponendum, aut in sportulam conijciendum, in quam minuta locabis ossicula: cuiusmodi dentes sunt, si fortè ipsorum aliquis exciderit, aut aliqua ossis portio oscitanter effracta fuerit. Verum ut pubis ossium cartilagineum serues, priusquam ilium ossa à sacro liberas, pubis ossa anteriori posterioriꝫ sede leuiter sunt emundanda, ac dein inuicem solis manibus seiungenda, ut ipsa intercedens cartilago ab altero osse abscedat, unīꝫ duntaxat commissa maneat, leui negotio postmodū in ossium connexu, cum altero pubis osse iungenda. Ossa hac ratione purgata denuò numerabis, non quidem manuum & pedū ossa, quæ iam seorsum chartis prius inuoluisti, uerum recensabis caluariæ partem, quam ferra à reliquo capite ademisti: in qua considerabis, num portiunculæ temporum ossium, quæ instar squamæ uerticis ossibus applicantur, atque ferra à cætera temporum portione auferri solent, ex elixatione deciderint, ne fortè illas cum ossium spolijs aut iure reiicienda cures. Solent enim facile à uerticis ossibus decidere, si casu ferræ sectio multum supra aurem ducta fuerit. Deinde num dens aliquis ex superiori inferiori ue maxilla exciderit, perpendes, & uiginti quatuor uertebras totidemꝫ costas enumerabis, duas clauiculas, duas scapulas, duos humeros, duas ulnas, & radios duos, sacrum os, à quo iam antea coccyx os ademptū est: duo grandia ossa sacri ossis lateribus nexa, femora duo, tibię ossa duo, & fibulas duas, item patellas similiter duas. Atque ubi omnia enumeraueris, magnopere cōduxerit, ossa denuò mundæ & bullienti aquæ indere, ac mox exempta seorsum aspero rudiꝫ linteo abstergere, & si quæ ligamentorū, aut membranarum, aut musculorum insertionis exortus ue sint reliquæ, eas defricare abstergereꝫ cōuenit, studio inter im adhibito, ne lubrica, & crustæ modo ossibus adhibita cartilago simul auferatur. Interea uerò dum hæc in orbem igni apposita leuiter desiccantur, aurium cartilaginee cute detegentur, chartæ cum reliquis cartilaginibus applicandæ. Idem quoꝫ in palpebrarum & narium cartilaginibus moliendum est, ac deinceps acutis cultellis os u referens, à musculis ipsi cōmissis, quàm licebit exactissimè crudum emūdabis. Purgato illo osse, laryngis cartilaginee similiter crudas accuratè carnibus membranisque liberabis, simul cum una atꝫ altera asperæ arteriæ trūci cartilagine, C imaginī cōparatę. Iam pectoris os, ipsiꝫ cōnexas cartilaginee sedulo emundabis, quod eo minus promptè perfeceris, quo id pluribus obducitur membranibus, pingueꝫ est, & interim coquendum ne utiquam uenit, uixꝫ calente aqua aspergendū. Quum uerò cartilaginee carne spoliās, cauendum est, ne membranam cartilaginibus proximè obductam, illiꝫ correspondentem auferas, quæ quòd os ambit, *περίσσωπ* Græcis uocatur. Quippe hac membrana à cartilaginibus discerpta, illæ infirmius pectoris ossi cōmittuntur, & cōtractæ breues intortæꝫ euadūt. Et quo minus cartilaginee hæc contrahantur, pectoris os ad ignem non est exiccandum, sed alibi tantisper, dum ossa neçtere proposueris, in loco non nimis humido reponendum, ne rursus cartilaginee plus æquo flaccescant, ac postea deformem thoracis ossium fabricam cōstituant.

Quan-

Quandoquidem nihil prorsus est, quod æquè elegantem sceleti struem uitiat, atq; pectoris os cum cartilaginibus, si modo illæ negligentius obseruentur, & non iam compactis ossibus potius, quàm antea, exiccari permittantur. Reliquas autē cartilagine chartæ adhibitas, licet bit igni non nihil admouere, at ita, ne nimium conuellantur: quum latius sit, & has quoq; post compactiōnem siccare. Iam integrū tibi est ossa & cartilagine ad eum quem mox dicam modum contere, aut dissoluta asseruare: quod longè etiam præstiterit, si modò aut cōnexis, aut dissolutis carendum esset. Ossa namq; disiuncta, & in oblongam arcam seriatim posita, quouis tempore seorsum conspici, ac omnia quæ ad ossium cognitionem spectant, edocere possunt. quæ autem erecta cōmissa sunt, sinus, capitaq; ossium non admodum accuratè cōmonstrant, sed ut uerè dicam, ad ostentationem potius quàm ad disciplinam conducunt. Quanquam rursus ad disciplinam illa ossa accommodatissima sunt, quæ subducuntur ex Italicis monumentis, penus modo (ut hîc ferè omnia) extructis, & sub impluuiō aliquo, aut alioquin aëri ita expositis, ut hæc pluuialem aquā quandoq; excipiāt. Præter id namq; quod monumēta eiusmodi humida sunt, etiam aqua subinde accedit, cuius beneficio omnia quæ ossibus adnascuntur promptissimè marcescunt, adeò ut illa ossa post aliquot annos exempta, & obiter abluta, sint integerrima, nihilq; modo in ossibus spectandum commonstrent, si in arcam seriatim citra connexum reponantur. ad coniungendum enim prorsus sunt inutilia, cūm propter egregiam duritiem, tum propter deperditas costarū totiusq; corporis cartilagine. quæ si fortè reperiuntur, ob putredinem sunt friabiles, & undiq; ab ossibus libera. Rursus ad hunc usum sunt inutilia, quæ è terra apud alias nationes effodiuntur, & cumulatim in cœmiterijs asseruantur. Præter hoc enim, quod illa carie ob terræ siccitatem afficiuntur, omnia eiusdem hominis ossa nunquam uelut in dictis nuper monumentis reperies, uel Parisijs etiam in Innocenti cœmiterio. Vbi, si modò alibi, quamplurimos ossium quæ è terra fodiuntur, habes acruos: qui mihi quando primum ossa cum MATTHAEO TERMINO, in omnibus medicinæ partibus insigni medico, & dum uiuā mihi colendo studiorū sodali doctissimo discerem, adeò nobis uberem suppeditarunt copiam, ut longo indefessoq; spectandi usu edocti, etiam obuinctis oculis cum sodalibus interdum deponere ausi fuerimus, unius mediæ horæ spacio nullum os ex tot acruis porrigi posse, quod, cuiusmodi esset, tactu non diiudicaremus. atque id eo nobis faciendum erat studiosius, quo discendi cupidum, magis præceptorū opera, in hac medicinæ parte destituebamur. Porro quod ad cocturam ossium connexum erectionemq; attinet, ea mox post emundationem (ne nimium indurescant) committenda sunt. nam statim à coctione, ossa solis subulis, quibus suppinguntur calcei, citra negotiū perforantur, æneisq; filis mutuò alligantur: quod quisque prout manum nactus est industriā, & ea quæ hæctenus toto libro descripsimus, minus obaudiuerit, suo Marte perficiet. Ac primū quidē aliquot paratis subulis, æneo filo partim crassiore, partim tenuiore, filum igni indetur, quo postmodū magis sequax, & quantumuis uariè intortum, minus rumpatur. His addentur duæ tenaculæ, seu forcipes: unus quidem quo filum intorquebitur, alter autem quo intortum iam absecabitur. Auspicaberis autē ossium colligationem à pedibus, ac primum calci talum iunges, & deinde cubiforme os calci, & cymbā referēs talo, & tria interiora tarli ossa cymbam referenti, deinde his cōmittes pedij ossa, hisq; seriatim digitorū ossa, cum ossiculis famoso cōparatis. quæ ideo cautius & tenuiori subula perforabis, quo duriora solidioraq; sunt, & ex subulæ impetu prōptius diuisa disiliunt. Vbi utrunq; pedem iunxeris, tibiæ ossis tuber, quod sinus femoris capita excipiētes dirimit, cultro aliquo oblongo, sed arcto perforandū est. quod excipiēdo duriori baculo sufficiat, qui femori etiam intrusus clauī ritu ita tibiam femori committat, uti asseres absq; glutine necti cernimus. Est enim in femoris inferiori sede aliud foramen moliendum, illi è directo consistens, quod in tibia fieri uolebam, ut idem baculus & femori & tibiæ indatur, huiusq; ope articulus genu inflexus maneat. Præter hunc baculum tamen, femur tibiæ ossi utrinque crassiori filo committendum est, non prætermittis cartilaginibus tibiæ ossis sinus augmentibus. quæ quum hæc ossa iungentur simul cum illis constricta, in articulo genu seruabuntur. Mox fibula tibiæ ossi suprā infraq; alligabitur, & patella simul femori ac tibiæ firmabitur. Hoc ubi in utroque crure præstitum erit, sacri ossis lateribus ilium ossa crassiori filo sunt nectenda, ac deinde pubis ossa interueniente etiam illorum cartilagine iungenda. Iam ad manum erit orbicularis asser, in quem ossa erigentur. conuenit autem huius asseris orbem tantum esse, ut pedes illi eo situ, quo ossa erigenda ducis, aptè firmari queant. Huius asseris medio foramen in hoc paratur, ut quum ossa in erectam arcam recondes, inferior arcæ fundus axem habeat: quæ foramini illi indita, orbem conuolui sinat. Præter hoc foramen, aliud iuxta orbis circumferentiam aptabitur, in quo lignum firmari queat, quod instar teli, aut hastæ, aut falcis (utcunque uisum erit) paratum, sceleti manus suffulciat. Extructo

Quæ ossa ad disciplinam utilissima.

Emundata ossa quomodo iungenda.

Huiusmodi instrumenta ferè seriatim proponit tabula cap. 7 lib. 1 ad chara. S, T, V, X, Y.

in hunc modum orbi pedes impones, & astantis alicuius ope super pedes reliqua crurum ossa inniti curabis, ac deinde femorum capita in coxendicum ossium acetabulis indes, ut rectè filo aut uirgula interuallū metiaris, quod ab orbe ad humiliorē sedem foraminis pertinet, in sacro osse dorsalis medullæ gratia incisi. Hoc etenim interuallum edocebit, qua mensura ferrū fabricandum sit, quod orbi affixum, & ossis sacri reliquarumq; uertebrarū foramini dorsalem medullam transmittenti inditum, uniuersa ossa pulchrè sustinebit. Ferrū namq; ita aptandum est, ut ualidè orbis medio clauis affigatur, & ab orbe ad infimam usq; nuper dicti foraminis sedem, teres aut quadratum sit. ab illa autem sede sursum latius quàm crassius esse conuenit, ut postmodum ad dorsi inflexum obliquari queat, uertebræq; ipsi ita adaptentur, ut immotæ ad id neutiquam circunuertantur. Atq; ideo ferrum inibi primū tenuius fiet, ubi sacrum os ne deorsum subsideat, suffulciendum uenit. Nisi enim hoc os firmetur, sustineaturq;, unà cum ipso reliquæ uertebræ sensim descendunt, temporisq; successu sceleti crura turpiter obliquabuntur. Accuratè igitur ab orbe ad sacri ossis foraminis infimā sedem, longitudo metienda uenit. De reliqua autem ferri longitudine non adeò curandum est, quum hæc si fortè longior sit, post ossium cōpactionem facillè præscindatur. Et etiā si ossa arcæ imponenda duxeris, magnopere iuuerit ferrum plus minus duabus palmis longius quàm uniuersum sit sceleton, fieri, ut ipsius portio extra uerticem eminens, superioris arcæ fundi foramini possit indi, in ipsoq; conuolui. Ferro itaq; orbi perpendiculatim affixo, acutiori cultello ossis sacri foramen dorsalis medullæ nomine incisum, sensim ita exculpes, ut ferrum ipsi commodè intrudi possit. Nam quum hoc foramen natura arctius sit, & insigniter obliquū, nequaquam ferrum admittit, nisi quemadmodū iam diximus, sic augeatur, ut à ferri mucrone os sacrum ad eam usq; ferri sedem protrudere ualeas, quam nō amplius teretem, quadratam ue faciendam inuimus. & si casu hæc sedes os sacrum minus aptè suffulcitur uidebitur, operæ precium erit eam ferri sedem lima exasperare, ac dein nodum illi ex æneo filo obuoluere, qui os sacrum cōmodè sustineat. Osse sacro in hunc modum suffulto, crassiori filo femoris capita coxendicum acetabulis innectes, diligenter perpendens quantum hæc aut extrorsum aut introrsum intorqueas, ne fortè crura turpiter intorta committas, aut patellæ, interiora potius crurum, quàm anteriora respiciāt. quod sanè futurū est, nisi ad amussim capita suis sinibus iunxeris. Vt cunq; tamen feceris, in hoc connexu filum prorsus intorquendū non est, priusquam pedes orbi & tibijs eo situ commiseris, qui tibi apparebit elegantior. Hunc à baculi, quo manus stabilientur forma, potissimum petes: alium quippe situm messoria falx, alium telum, & alium rursus hasta, aut Neptuni tridens, aut aliud quoduis instrumentū expetit. Modò uertebræ omnes seriatim accommodandæ sunt, quo cuiusq; situm ordinemq; inuentu non arduum obserues. hunc namq; uertebrarū forma, & articulationis ratio promptè ostendunt. Quum primum itaq; ordinatim omnes in mēsam reposueris, quinq; lumborū uertebras inuicem duobus nexibus cōmittes, qui in corporum lateribus facti, unà cartilagineū ligamentum contineant, quod uertebrarum corpora interuenire dictum est. atq; huiusmodi ligamenta seriatim à charta cui illa applicasti, sunt assumenda, eo semper relicto, quod eas intercedit uertebras, quas inuicē non alligas. quemadmodum in præsentia est ligamentū seu cartilago, sacrum os & infimam lumborum intercedens uertebrā, idq; quod supremam lumborum & infimam thoracis uertebras interuenit. Iunctis enim lumborū uertebris, sex inferiores thoracis inuicē, & postmodum sex superiores unà cum ceruicis humiliori cōnectentur. Reliquæ enim ceruicis mutuo nō sunt colligandæ, sed eas interueniēs cartilago corpori inferioris uertebræ duntaxat est glutināda. quandoquidem ceruicis uertebræ etiam non nexæ, sed ferro tantū inditæ, suā seruant sedem: neq; thoracis uertebrarū modo immotæ, postmodum costas sustinere debēt. Illico igitur atq; uertebras ad eam, quam præcepi rationem, priusq; ferrum illis traiciatur cōmiseris, lumborum uertebras ita cōnexas ferro impones, idq; sedulo ad eorum situm inflexum ue obliquabis, ac infimā uertebrā unà cum sacro osse ita cōmittes, ut iam prius lumborū uertebræ mutuo uinxisti. Mox his inferiores thoracis adiunges, perpetuò quam licebit accuratissimè ferrū, uti necessum erit, complicans, & infimam thoracis uertebram supremæ lumborū adnectens. His pari modo superiores thoracis uertebræ addentur, & harum infima supremæ earum quæ iam ferro appositæ fuerāt, alligata, latiusculum & longum nigroq; colore intinctum adaptabis baculum, qui posteriori ferri parti appositus, quàm licebit demissè inter ferrum & uertebras intrudetur, ut huius baculi beneficio uertebræ ad ferrū firmius contineantur, neq; ulla ratione uersatiles sint, ne postmodum uniuersus thorax in hoc illud ue latus turpiter conuolui queat. Vt autē caluaria ferro applicetur, necessum est uerticē foramine quodam perforari, ad amussim ferri amplitudini & crassicie correspondente, ne quando ipsi ferrum traiceris, caluaria quauis occasione quoquoersum circunuertatur. prout enim faciem anteriora exacte aut latera spe-

etare uolueris, foramen id aut transuersim, aut obliquè inculpere cultro quopiam oportet. quemadmodū & illic ubi caluaria denuo perforanda est, ut ligulis ea sectio quam ferra in caluaria molitus es, cōmittatur, & quū uisum fuerit, caluaria à ferro adempta, rursus dissolui queat. summopere nanq̄ cōducit, internā caluariæ amplitudinē qua cerebrū cōtinetur intueri. quod ut fiat, utraq̄ caluariæ pars tribus foraminibus sibi mutuò correspondentibus candenti ferro, aut cultri mucrone est perforanda. ac unum quidē foramen opportunè in occipitio perficitur, & utrinq̄ in temporibus unum. At inferiorem maxillā æneo filo cum superiori cōmittes, nexu suis capitibus in sinus superioris maxillæ factō. Verum quū hic cōnexus nō adeò firmus sit, ut accuratè dentes mutuò applicet, sed inferior maxilla dependeat, elegās q̄ sit, hanc superiori modo iungi, modo disiungi, præter dictū nexum, maxillæ inferioris acuti processus etiā perforandi sunt, & funiculus ipsis illigandus, qui subiugalibus traiectus ossibus & uertici incumbens, nunc uersus frontem, nunc uersus occipitium tendi possit, dentes q̄ ita collidi queant. Vt cunq̄ uerò sit, potissima ferri cura esse debet, ne illud ineptè nunc in posteriora nunc in priora obliquatum, corpus indecorè erigat. quò minus autē id fiat, magnopere conduxerit dorso ductum cognouisse. Porrò nunc tempestiuū erit costas uertebri & suis cartilaginibus alligare, quod sanè ut ad amissim & sedulò facias, primū omnes dextras costas à sinistris discernes, coniectura uel à sinu sumpta, quo uena, neruus & arteria costis exporrigitur. dein à superiori costarum sede, quæ latior spissiorq̄ inferiori occurrit. Deinceps in hunc ferè modū ((())) costas mensæ seriatim impones, ut dextræ sinistris respondeant curans. Promptū enim erit singulas suis sedibus ponere, si ea modo memoriæ non exciderint, quæ ad internoscendas costas supra cōmemorauimus. Ex hac costarū serie primā utriusq̄ lateris costam suæ cartilagini ad pectoris os adnectes, & deinde sodali pectoris os cum suis cartilaginibus in sua sede tenendū porriges, ac deinceps primas costas primæ thoracis uertebre trāsuerfis processibus alligabis. Insuper secundas costas suæ cōmittes uertebre, & postmodū ipsarū cartilaginibus, atq̄ ita seriatim omnes: obseruās interim, ut illas costas toto interuallo prorsus dehiscere sinas, quæ ante sectionem cartilaginibus inuicem diremptæ fuerāt. Nunc humeros spissiori filo scapulis nectes, & deinde tenuiori filo clauiculas summis humeris, mox scapulas costis, & clauiculas pectoris ossi. Quum tamen humeros scapulis aduincies, expendendū est, quò nam situ manus collocādas duxeris. Hic enim multū refert, quomodo scapulæ sinui caput humeri cōmittatur. in quo etiā connexu cartilago neutiq̄am prætereunda est, cuius auxilio scapulæ sinus interdū adaugetur, atq̄ ita etiā cartilagine maxillarū & clauicularū articulis peculiare nō neglectæ suis articulis nectentur. Cæterū cubiti ossa humero uinciēda nō sunt, priusquam extrema manus tota fuerit nexa. radius itaq̄ supra infraq̄ ulnæ est colligādus. deinde si brachialis ossa disincta, suisq̄ ligamentis libera sunt, ea inuicem sunt cōmittenda, aliās autē suorum ligamentorū interuentu abundè continētur. Inferiori ipsorū sedi primum pollicis os, & quatuor postbrachialis ossa, ac deinde his digitorū ossa, unā cum sesaminis ossiculis adnectes. Postremò autē brachiale radio iunges, & deinde ulnam humero. Atq̄ ubi id in utraq̄ manu præstitū erit, summas manus baculo illi alligabis, quem ualidè orbi infixū instar falcis, aut aliter extruendū dixi. Erectis nunc ossibus, & ex osse u referenti, & auditus organi ossiculis, ac asperæ arteriæ, auriumq̄ & palpebrarū cartilaginibus, & ungue cordisq̄ cartilaginibus, monile licebit confingere, his omnibus catenulæ, aut exiccato cruris aut manus neruo adnexis. Hinc liquet, quā leuū negotio humani corporis ossa, oppido quā medico exoptāda, parari queant: quo in opere nihil ipso cōnexu, non aggredienti, difficilīus uidebitur. qui tamen mihi primum experienti satis pulchrè successit, exemplo ab illis sumpto, quos effractas scutellas & lapideos cacabos cōpingere interdū uideram. Coctionis autem rationē, emolliēdi in medicina uis docuerat. Lutetia nanq̄ ob belli tumultus Louaniū reuersus, atq̄ unā cum GEMMA PHRYGIO, æquē celebri Medico ac paucissimis conferendo Mathematico, ossium uidendorū nomine ad eum locū quo magna studiosorum cōmoditate omnes ultimo affectū supplicio in publica uia rusticis proponi solent, obambulās, in eiusmodi incidia afficcatū cadauer, quale latronis erat, quod Galenus se spectasse commemorat. Vti enim hoc aues carne liberarāt, ita sanè illud quoq̄ ipsas emundasse conijcio, quia homo ille ante annū stramine duntaxat obuustus, & quasi tostus, paloq̄ alligatus, ita sua uel escam auibis exhibuerat, ut nuda undiq̄ essent ossa, ea q̄ solis ligamentis hærerēt, musculorum exortibus & insertionibus duntaxat asseruatis. quod in suspensis nunquam usu uenit, quum præter oculos (& si uulgus aliter arbitretur) uolucres nihil ob cutis crassitiem dilaniēt. ac proinde integra in his cute, ossa intus carie afficiuntur, prorsusq̄ ad disciplinam sunt inutilia. Afficcatum itaq̄ & nulla ex parte humidum sordidum ue corpus intuens, haudquaq̄ insperatam ac subinde expetitā mihi occasionē prætermisi. quinimò Gemmæ beneficio palum cōscendens,

*Lib. 1. de Ad.
minist. dissect.*

femur à coxendicis osse diuulsi, trahentiq; mihi, unà cum brachijs ac manibus, scapulæ quoq; subsecute sunt, deerāt tamen alterius manus digiti, & patella utraq; unà cum pede altero. Quū itaq; crura & brachia (relicto cū totius corporis trunco, capite) clam repetitis uicibus domum detulisset, ut thoracē qui catena alte firmabatur nanciscerer, extra ciuitatē me uesperī excludi passus sum: tantoq; obtinendorum ossium desiderio & studio ardebam, ut mediā nocte in illa corporum multitudine quod expetebā diuellere nō horruerim, haud mediocri labore ac industria, sine arbitris, palum cōscendens. Verū detracta ossa procul illinc deferēs, in secretiori loco condidi, frustatimq; altera die per aliā ciuitatis portā domū detuli. Porrò quū ligamenta rescindere coepissem, nihil ob egregiā eorum duriciē promoui, ac illa feruēte aqua emollire coactus sum: utq; uoti compos redderem, omnia ossa tandē tacite ita coxi, illisq; emūdati illud sceleton extruxi, quod Louanij apud longe amicissimum mihi GISEBERTVM CARBONEM, insignē ac uario disciplinarū genere instructū medicū, meumq; à puero studiorū commilitonē asseruatur. Atq; id sceleton adeò præproperē parauī, & manū ac pedem, duasq; patellas nō minori labore & industria aliunde conquisiui, ut omnibus persuaserim id me Lutetia aduexisse, quo omnē subreptorū ossium suspiciōē delerem. quamuis eius urbis Prætor postmodū adeò medicinæ candidatorū studijs fauit, ut quoduis corpus à se impetrari gauderet: ac ipse nō uulgariter Anatomes cognitione afficeretur, mihiq; illic Anatomicen administranti sedulo astaret. Quum igitur primum tentantibus nobis adeò promptē negociū successerit, quid nunc futurū existimandum, postquam cōponendi quoq; rationem alijs descripsimus: & præter subiungendas nunc tabulas, in plurimis Academijs, uel nostra opera, sceleta uisuntur? Verū non hominis solum ossa, sed, uel Galeni nomine, simiæ & canum, ac Aristotelis etiam gratia auium pisciumq; & reptilium inuicem connexa, aut saltem disiuncta apud medicinæ & naturalis philosophiæ studiosum esse oporteret. Nisi fortē hanc philosophiæ partē ad nos nihil pertinere arbitremur, satisq; esse nobis persuadeamus, si nostris syrupis, citra Anatomicen imponere mortilibus, & loculos opplere possimus.


DE OSSIVM NUMERO. CAP. XL.



PARVM dubito plerosq; alicubi à me ossium quoq; numerū desideraturos: quibus nullum aliud consiliū dari uelim, quā, ut ex singulis huius libri Capitibus illū petant, prolixius enim esset, hīc omnia recēdere. Quāuis ne tantillum laboris subterfugisse uidear, non enumeratis appendicibus, & ossibus ita ut in proæctioris ætatis hominibus se habent, cōstitutis, ad hunc modum ea recensere nihil impediet. Caluariæ ossa uiginti sunt, octo quidem capitis, & maxillæ superioris duo decim: ita tamen, ut iugalia priuatim nō enumerentur, quum quorundam illorum uiginti ossium partes seu sedes tantū sint, propriaq; circūscriptione destituantur. auditus organi ossa quatuor sunt, duo scilicet ad singulas aures. dentes sunt triginta duo, maxillæ inferioris os unicum, ossis u referentis ossicula sunt ferè undecim, Vertebrae uiginti quatuor, sacri ossis ossa sex, coccygis autem quatuor, costæ uiginti quatuor, Pectoris ossis tria numerauimus ossa, alijs autē septena recensentur, sed age hac enumeratione tria tantum sint: & aliās ex tuo arbitratu, quot uisum tibi fuerit. scapulæ duæ: totidem clauiculæ. & humeri duo, ulnæ duæ, radij duo, brachialis ossa sedecim, utriusq; scilicet manus octo, octo item postbrachialis ossa, in utraque manu quatuor, digitorum ossa triginta: utriusq; manus nimirū quindecim, sesamina ossicula in singulis manibus ut minimū sunt duodecim, ac proinde iam uiginti quatuor illa in manibus recensentur. Ossa sacri ossis lateribus commissa, duo, femora duo, duo tibiārū ossa, fibulæ duæ, duæ patellæ, duæ calces, tali duo, nauicularia ossa duo, tarfi ossa octo, in utroq; pede quatuor, decem pedij ossa, in utroq; pede quinque, uiginti octo digitorum pedis ossa, cuiusq; nimirum pedis quatuordecim, pedis sesamina ossicula similiter atq; in manibus uiginti quatuor, quāuis nonnulla sint prorsus cartilaginea. Ac proinde si hæc ossa in unum numerū reijcies, uniuersa erunt (si rectē addo) trecēta & quatuor, quibus si pectoris ossa quatuor adhuc adijci uelles, & maxillæ inferioris duo ossa statueres, essent trecēta & septem. Verum si priuatim omnes appendices (quū ossa sint propria circūscriptione in pueris terminata) enumerare lubeat, facile dictum nuper numerū semel, ac rursus dimidio duplicares, quod uel hīc colliges, si uertebras, femora, tibiæ ossa, atque alia quæ multis appendicibus donantur, in memoriā reuocaueris. Rursus si ossa ut in pueris uisuntur subduxeris, Dij boni quantū ossium acruum cumulabis: quum omnes uertebræ, aut tribus aut duobus constant ossibus: & ossa quæ sacro coarctantur, tribus, idq; generis reliqua: adeò ut cuiusq; suo arbitratu ossium numerum confingere sit integrum.


HVMANI COR-
SIMVL COMPACTO-
EX FACIE EXPRES-

PORIS OSSIVM
RVM ANTERIORI
SIO.



HVMANI COR-
TERIS QVAS SV-
LIBERORVM, SVAQVE
latere delineatio.


PORIS OSSIVM CAE-
STINENT PARTIBVS
SEDE POSITORVM EX



VIVITVR IN-
GENIO,
CAETERA MOR-
TIS ERVNT.

CORPORIS
POSTERIORI

HVMANI OSSA
FACIE PROPOSITA.



CHARACTERVM, QVI TRIBVS VNIVERSVM SKELETON EXPERIMENTIBVS FIGVRIS adhibentur, Index.

T R I B V S præcedentibus figuris (quas integras nuncupare soleo) ijdem ferè inscribuntur characteres. quanquã si quis illarum alicui peculiari tantum fuerit, ex numero promptè obseruabitur, quem singulis characteribus modò in Indice subiiciã, quo potissimum institui ossiũ nomina simpliciter ascribere: primùm ea collocaturus, quibus toto sermonis contextu præcipuè utor: dein Græca, mox (si quæ alia sint) Latina probatioribus recepta autoribus, idq; ita ut ordo hic uim quandã habeat. His succedēt Hebræa, sed & aliqua ex parte adhuc Arabica ex Hebræo Auicennæ interprete propemodum omnia, insignis medici mihiq; familiaris amici Lazari Hebræi de Frigeis (cum quo in Auicenna uersari soleo) opera desumpta. Atq; illis nominibus ideo Latinas literas subiungendas duxi, quòd horum pleraque in Arabum libris Latinitate donatis occurrant: ac proinde etiã merito post hæc locũ habebunt alia in Latinis Arabum interpretibus passim obuia, simul cum ijs quæ in scholasticis (ut dici gaudēt) doctoribus, nostræq; ætatis manualium medicorum libris leguntur, non minus sanè quàm nomina Latinis recepta autoribus sedulo expendenda. Os itaque Græcis nominatur ὀστέον, Latinis uerò os. Hebræis autem עצם hezem. Cartilago autem χόνδρος, חשכחוסים hascechusim. Cæterum ossium nomina opportunè auspicabimur à capitis ossibus, seu caluaria, quæ Græcis dicitur λεγάνιον, λώγχιος, λύτρος, λωδέσια, σκαφίον. Calua, cerebri galea, atque ita nonnulli totam capitis ossium sedem uocant cerebrum amplexantem, octoq; ossibus efformatam. aliqui uerò eam duntaxat, quæ crinibus ornatur. cuius circulus σκαφίον & πρίσθον nuncupatur. תיק הומה tkeck hamoah, קורת המוח chederath hamoach. theca & olla capitis, testa capitis, & scutella capitis, אסוּאן.

Sutura, quibus capitis ossa inuicem committuntur, generatim uocantur ῥαφαί, שלבים scelaum. senan, direzan, adoren, complosa.

- A** 2,3 Sutura coronalis, σφαυρία, תכלילי hachlilij, חשתי chascthij. arcualis, sutura puppis.
- B** 2,3 Græcorũ maiusculum Λ referēs sutura, λαμβδωδής, & u ab similitudine ὑψιλοδής. למדי lamdij. laude, hypsili, sutura prora.
- C** 3 Sagittalis sutura, ὀβολαία, ῥαδωδής. Instar teli, ueru, aut uirgæ secundum capitis longitudinem prorepens sutura. חצי checij, שפודי scfodij. nerualis, idq; potissimum ubi hæc coronali committitur: qui locus etiam zeudech, idq; imprimis Mesuæ uocatur.
- D** 2,3 Hæc compago ueræ suturæ imaginem non exprimens cum sua cõiuge uocatur, suturæ squamarum modo inuicem cõmissæ, λωδωδής κροταλία, temporales, squamæ formes. חלפיים chelaphijm. corticales, mendosæ. Reliquæ autem caluariæ suturæ proprijs destituuntur nominibus, cuiusmodi uerò illæ sint, non est quòd hic prolixius denuò repetam.
- α** 2,3 Hoc os unà cum suo coniuge, uerticis ossa uocatur, itemq; βεγματ, κροταίς. sunt quibus syncipitis ossa nuncupantur. עצם הקרקר hezem bachodchod. nerualia, paria, arcualia: quanquã alij ita iugalia nuncupent ossa. parietalia, quo nomine nonnullis temporum ossa dicuntur, ossa rationis, seu cogitationis.
- β** 1,2,3 Frontis os, μετώπου, quibusdam syncipitis. עצם המצח hezem bamezzech, coronale, os puppis capitis, os inuerecundum, os sensus communis.
- γ** 2,3 Occipitis seu occipitij os, עצם העורה hezem bahoreph. laude os, pyxis os, os prora, os memoria. Sunt qui & basillare (quòd magnam capitis portionem cõstituat) nuncupent, etiam si id nomen cuneiformi ossi priuatim inditum fuerit.
- δ** 2,3 Id os cum suo pari, temporum ossa, κροταφῶν, κροσῶν, κροτῶν λεπιδωδής. aliqui etiam λιθοδής, lapidea, lapidosa. חזדחים hazedahim, עצמות האבניים bazzamoath haaunijm. auriũ: etiam si id nomē duobus ossiculis accommodari possit auditus organi constructionem ingredientibus, & in scamno cui secunda figura cubitis innititur, q; & * expressis. Quandoquidem q; ossiculum notat incudẽ aut molari denti assimilatum, * uerò id quod malleolo aut femoris ossi comparamus. Quum itaq; ea ossicula priscis Anatomes professoribus fuerint incognita, non mirum est illa etiã nominibus destitui. Cæterũ temporũ ossa quibusdam tymparũ, mendosa, parietalia, dura, armalia dicuntur.
- ε** 2 In temporis osse processus styli acus ue' imaginem referens, συλοδής, γραφοδής, βελονοδής, πλῆκτρον. calcar capitis. חמור במור chemo marhez. os calamimum, sagittale, clauale, acuale.